β) Ναὶ ποτί ταν πιδαχ', ἂν σκολιοῦ κατὰ πρείονος εἴβει
Νύμφα, ἃ Δρυάσιν μειδιοῶσα δρομεῖ,
Ναμάτος ὡς γλυκέσιν κωτίλμασι ἀδὺ λαλεῦντος
Συγχοίμεσθα, φίλος, στώμυλ' ἔρωτος ἔπη.

9.

Φεῦ κινάβρας, Νικία, μεμυρισμένε πάντεσι μυροῖς!
Σοῦ γράφε μύρεψον, μὴ τὸ μῦρόν σε γράφη.

10.

Εἰς Ἱερῶνος ναῦν πολεμικὴν
ἐν ᾗ θάλαμος Κυπρίδος.

Ἀργῷ ἐν Σικελῶν ἐνέτευξε σοφῶς ὁ σοφιστὴς
Ἀρχιμέδης ἕνεκεν ἧς πινυτοφρονίης
Ἄμμιγα πολεμικοῖς θάλαμον καλὸν Ἀφρογενείας,
Μή ποτ' Ἐνυάλιος τήνδε λίποιτο τροπίν.

11.

Φοῖβον ἐμὴν καθ' ὕπαρ κῦσαι δεῖ ὄρθρινον Ἄννιν,
Ἠῶ οἱ γὰρ ὅλην ἔλλιπεν ἐν στόμασιν.

12.

Κύσθην ἐν λοετροῖς βαρίχειλε' ὁρῶντα Νικύλλης,
Λούσατο ἐι λίμνη, θαῦμα με εἷλε μέγα.

13.

Ὅστις ἐν ἀτυχίῃ οἱ χειρ' ἐπένεγκε βιαίαν,
Ἀδρανεὴς ὅγ' ἀνήρ, ἦν κρατερὴ δὲ γυνή.

14.

Λήξατο ἀμμὶν Ἔρως· τῷ γαυριάει ἀγέλαστος
Σωφροσύνη νυ μέγα, κλαύσατο καὶ Πιερίς.

15.

Φῆσθα τί μοι, Σάμιον, τιμιωτάτη; οὐ γὰρ ἀΐον·
Φάθε τι τρίς, τετράκις· μοῦνον ὁρῶ ὅ τι φῇς.

16.

Ὦ πόποι, ὢ 'ποβίω, ἤδη θάνον, τείνετε νεκρὸν,
Κόπτετ' τ' ἐκφέρετ', ἆ τέθναμεν ἆ γοερῶς!

Αἴθ' ὄφελον βασιλεὺς Φρὺξ ἔμμεναι, οὐχ ἵνα δῆθα
Χλιδῶ, ὡς δι' ἐάδοι μοι κίθαρις Πετάλου.

17.

Ἀκρότατον σοφίης δὴ αὐτὸν ἔπλετο γνῶναι.
Σύ δε μέθες, καταγνοὺς μή σε βρόχῳ ἀνέλῃς.

18.

Οὗτος ὁ ἐκμάξας μόρφην τὴν Κυπρογενείας,
Οὔπω σοίγε κοτεῖ παῖς Διὸς ἡ γαμετή.

19.

Πᾶς ὁ περιδρόμεον κκταδέρξας Φοίβεο πύρσον,
Μωρὸς ὑπῆρξεν· ἄρα ἐστι καὶ Εὐτυχίδης.

20.

Τίη μῦθον, ἐρημόπυλος, παλίνορσον ἔηκας,
Ἦχω κλαυσαμένῳ εἵνεκ' ἔρωτος ἐμοι;
Ἢ θήξεις ὀδύνας που; οὐ τόδ' ἐοικός.
Τῷ ῥα συνίστορ' ἑλῶ εὖ τι παθὼν σε μόνον.

21.

Οὐρανὸν εἰςαθρέων μυρίαισιν ἀκαχμένον αὐγαῖς,
Ἀνθρώπων τις ἐὼν εὔξομαι ἠδὲ λύπω;

22.

Εἰς Κίγκιον τὸν Πραῖτορα Θυμβρεῖ
ἐμπεσόντα ἐν μέθῃ.

Νεῖς σωροῖς χρυσίου, κρίνεις θ' ἅμα ἐν νομοθέταις,
Καὶ ἐπὶ τοῖσδ' ἔρασαι τῆς προτέρης προτέρης.

D 2 Ei

Εἰ μεθύσας δ' ἔτι καὶ, πῶς οὐ Βάκχος σεσάλευται,
Τρεῖς ἄγον ἐν τυφλοὶ, Πλοῦτος Ἔρως τε Θέμις.

23.

Ἔκλιναν ἔνθ' Αὖλον Χρεμύλου ποτ' ἀμύμονα υἱὸν,
Ἴταλον εὐγενέα· ἐκ βιοτῆς μεν ἔαρ
Οἱ ἀπέθρισσ' Ἀΐδης, θαλάμου γλυκὺ δ' ἦμαρ
Λῄϊσεν ὁ στυγερὸς Φυλλίδι παρθενικῇ.
Ἡ ῥά γε δακρυχέουσ' ἐπι πένθιμος ἕζετο στήλῃ
Ἔκταμε τῶν πλοκάμων, οὓς ποτ' ἔκυσσε πόσις.

24.

Ἀμφότερον δύναται Πενία, κακὸν τε καὶ ἐσθλὸν,
Κρέσσονα καὶ θέμεναι ἀγαθὸν καὶ χείρονα κακόν.

25.

Ἱππίαν Ἱππάρχου δοκίμασσε, φασι, λογιστής.
Κωδωνίσσε μόνον, φημι, τὸν Ἱππογενήν.

26.

Ἐλπὶς χαῖρε καλόν· πῶλος νεότητι ἔεσσο
Καὶ σκιπῶν παλάμαις νιφομένῳ πολίῃ.

27.

Ῥινὸς Ζηνοκράτην εἴ τις λάβε, κρέσσονα μοῖρην,
Αὐτὸς ἢ κατεχει, ἔλλαχε Ζηνοκράτους.

28.

Κὴν τύτθη περ ἔῃ, ἧς δεῖ μερόπεσσ', ἐπιστήμη,
Ἀλλάγε πολλὰ μάθοις, τάδ' ἵνα τύτθα δάῃς.

29.

Εἰαρὸς ἀδυπνοοῦς τε νεοθαλέας πτερύγεσσι
Φαιδροῦ βοσκόμενος ἀρτιπόσιν κάλυκας.
Στείχω ἀμφὶ καλὰς ἀκόρεστος Σάμιων παῖδας,
Ξάνθη ἀστάτερος ὥστε μέλισσα πετῶν.
Κειράμενος δ' Ἰολὴν μεταπηδῶ πρὸς Ῥοδοκλείαν,
Τὴν πάλιν ὠσαμένης Φυλλίδος ἀγλαΐας.
Δαψιλὰ πασσάμενος Φέρομαι μελιφθέγγεϊ πτερῷ,
Σμήνεσι Πιερίδων κευσόμενος τὸ μέλι.

30.

Εἰς γραφὴν ἐν ᾗ καὶ τράγος σὺν χιμάρᾳ.
Ἰδ' ὡς γαυριόων σεμνῶς ἀμφέσπετο νύμφαν
Τὰν χιμάραν λιπαρὰν μνώμενος ὅδε τράγος.
Ἰδέ δε κάυ τὸν Ἔρωτα τὸν νήπιον ὥστε κιχλίζει,
Ὡς λασίαν κραδίαν πυρὶ κέκαυκε τράγῳ.

31.

Ἀντὶ τε πὰρ καὶ ὑπὸ καὶ πάνθ' ὅλον ὤμοσε Βῆσας,
Χῆνα [a]) δὲ, κύκνος ἐπεὶ ἦν παρὰ Τυνδαρίδαις.

32.

Οὐκέτι, φῄς, ἀνέχω; τί δὲ, φάθι, τὸ τοῦτο φίλημα;
Σμήνεος λειπομένου, πῶς μέλιτος φθονέοις;

33.

a) Notum ex Aristoph. Schol. *Lampona* Cretensem et Socraticos commendasse jusjurandum per *Anserem* similesque res.

33.

Πάντα παρέρπεθ', ὅσοις ἐνιτέρπεο τὴν κραδιὴν σοῦ.
Τί δὲ; μολοῦσεν ὁμῶς τέρψιες αἱ κραδίης.

34.

Μιξάμενον Βρόμιον Νύμφαις ἐπακοῦσας ἀοιδῶν,
Μὴ μοίχος τι φανῶ, οἷον ἔφελξα πόσιν.

35.

Ὁ πρίνινος Θεόφρων, ὁ πιτὺς, μέλινος δρύινος τε
Ἔσπαρεν ἐκ Μελιᾶς ἧς ξυλίνης ἀλόχου
Εἴκοσι φηγοκόπους υἱέας, ἔτι ἐν ἐπὶ τοῖσι
Θηλύτερον στέλιχος· ἦ ῥ' ὅγε ξυλομανεῖ!

36.

Εἰς Αὔλου Γελλίου Νύκτας Ἀττικάς.

Ὁ τριετῆ τρίψας μ' ἔτι νήπιον ἦτορ ἔχοντα
Βατταρίσαντα τ' ἀεὶ, Μῆνιν ἄειδε θεὰ,
Οὐκ ἄλλως ἔλεγες Νύκτας σέο γράμματ', Αὖλε,
Πληθούσης μ' ἀγορῆς κοίμισεν εἰ πυκινῶς.

37.

Ὄνος ἐμὸς ὁ φίλος καλὸς βραδύθυμος ἐμὸς θὴρ,
Οὐατοεῖς κἀγαθὸς, τού με μάλιστα μέλει,
Τοιοῦτον τι πρέπον μοι λοιδορέειν ἑταῖρόν μου,
Γείτονες, ἠδὲ θεμὶς, παῖδες ἀρητίφιλοι;
Κνώδαλον ἡμέτερον θυμηρὲς, θυμὸν ἄρηρος,
Παίγνιον φιλτότατον, ὤνιον οὐδ' ὄνιον.

38.

38.

Δὸς τὸ παρὸν με μαθεῖν, τὸ δὲ αὔριον, Ζεῦ, με καλύπτει,
Εὔχεσθαι τόδε καὶ δός με, πάτερ, σε ἀεί.

39.

Εἰλαπιναὶ, ἔρανοι, θαλιαὶ, συμπόσια, δαῖτες,
Ἤδη λάγυνε, στέφος, μύρα τε βαυκάλιον,
Κλαύσατε συμπλάνοι, νῦν θνήξομαι, ἔρρετε πάντα,
Ἠ Χαρῶνι, κάκοὶ, λύσατε τοὺς ὀβόλους.

40.

Ἤδη πηλοδόμου κρέκεται λαλαγεῦσα χελιδὼν
Νεοσσοῖς ἐκ καλιᾶς τιτυβίσαντα μέλη.
Οἱ δ' ἅμα μειλιχίας γενύων διὲκ ὄρθια ξουθῶν
Φωνὰς χευομένη ἦρξατο κορυδαλίς.
Καὶ ἀδινὸς τ' ἔθνους ὁ χόρος πτερόεντος ἐν ὕλαις
Σκιρτᾷ γαιόμενος ὠκυπέτεσσι πτεροῖς
Ἄλλοσ' ἐπ' ἀκρεμόνων περιθεῖ πόσιν ἄλλοθι γυνὴ
Οἱ ἐπιθέντα πόθῳ ἐκπροφυγοῦσα ταχύ.
Ἴδεο δὴ μέλεσιν γλυκερῶν ἀναΐξεν ἀηδὼν
Θήτυος ἀγκαλίδων τὸν πυρόεντα θεόν·
Ὁ δ' ἄρ ὅλην ἀπαλοῦ Φύσιν ὕπνου ὀρφανισάσκων
Ἀγκαλέεσκε φιλὴν μητέρα πᾶσι Φυτοῖς.
Ἀλλ' ἀγὲ — πᾶσα Φύσις ἀνέγερσεν, ἕκαστ' ἀνεγείρει
Ἔγρεο δὴ σὺ, φίλη, οὖσα μέρις Φύσεως.

41.

Πολλάκι ἀλύτροις Ῥοδόπης μελίβλυζον ἔθλιψα
Χείλεσι θερμοτάτοις χεῖλος, ἐν ἀγκάλισιν

Ἡ

Ἦ μιν ἐν ὠλέναις, νώμηστ', ἀπαφῶν τε δακὼν τε
Μῆλα τὰ πορφύρεα, ξανθὰς ἀρσῦν τε κόμας.
Πολλάκι καὶ μαλακὸν τανύεις κατὰ κλισμὸν ἐμάνην,
Βένθεσι ἐν κολπῶν ἐγκυλίων κροτάφους.
Ἀλλάγε νυ πρῶτον κτέατι τινι ἔντυχον ἐχθὲς,
Χεῖλεος ἐν προθύροις ὅ ττι τις οὔτι κίχοι.

42.

Στερνοτυπεῖ ὁμοκοίτις, ἐπεὶ τι πάθεν πόσις, ἡ μὲν
Νωτοτυπεῖσα πᾶλαι πολλὰ πέπονθε θάμα.

43.

Πείθεο δὴ ῥά τί μοι, μεγάλαυχ', ὀμόσαντι, Νεαίρε,
Ζεῦς οὐκ ἔτ' ἐστιν, ὅτῳ τὸν Φρῦγ ἐπῆγ' ἀετὸς
Παῖδα· δι' ὧν με φιλοῖς ἀπὸ νῦν θνατὸν περ, ἀλλ' ὤγε
Ἐστιν ὁ παῖς Παφίης, οἷα θεοῖσι, θεός.

44.

Ὤμοσ' ἀεί σε φιλεῖν, Κλεόχις, μονονοὺ δὲ μισῶ σε,
Καὶ μάλα περ μεμαὼς θυμὸν, ἀεί σε ποθεῖν.
Οὐ δ' ἄρ' ἀνιήσαις κ' ὀμόσαντα τε ὅρκεο λύσαις,
Καὶ ὀμόσειν ἐμόσω μήποτε ταῦτ' ἀπατῶν.

45.

Δηθυνεῖς στόμασιν, Ῥοδίη, ἐν ἐμοῖς μᾶλα δηρὸν,
Ληνεῖς οὐδὲ πιεῖς ζῶρα·τὰ τῶν στομάτων.
Χείλεα γὰρ θλίβεις με διαμπερὲς ἔσκεν ὀδόντων·
Οὐ στόμα τοι ἔθελον, οἷα θέλω στόματα.

46.

46.

Ἐλπίς τοι, Κλεόβη, κατεδύσατ' ἐπ' Ἀΐδεω δῶ,
Αἶθι ποτ' ἄγκας ἔχειν χλαῖνας ὑπαὶ πόσιν.
Ὅς ῥα ἐφ' Αἱμονίοις μεμαὼς πεδίοισι μάχεσθαι,
Ἐν στροφάλιγγι μάχης λάζετ' ὀδὰξ κονίην.

47.

Δίζομ' ἐμὸν Στέφανον παρὰ Νήρεϊ, ἢ παρ' Ἀΐδι
Ἐν Χαριτῶν τε χόρῳ, ἔν τε μακάρσι θεοῖς.
Ποῦ δή ἐσθ' ὁ καλὸς, ποῦ δαίμονες, Ἥρη καὶ Ζεῦ;
Ἥλιος, οὐκ ἀθρέες, οὐ σὺ ταχυπέδιλε;
Οὐ δῆθ', οὐ γὰρ ἔχει τις που χθονὸς ἠδὲ θαλάσσης
Οὐδέ μεν εἰν Ἀΐδου παῖδα ποθευόμενον.
Φεῦ φεῦ ἄρτι γ' ἐμαῖς ἐνεβάλλετο τις φρεσὶ δαίμων,
Πῇ πώλεσκεν ὁ παῖς, τοῦ μεμέληκε θεῷ.
Οἶδα γέ νιν γὰρ ἐπ., οἶδ', Οὐρανὸν αὐτὸν ἐφέλξαι,
Ὥστε περιθέμεναι ᾧ στεφάνῳ στέφανον.
Ναὶ ἀτὰρ αὐτὸν Ἔρον τογ' ἀνάξιον! ἦ ῥα δίκαιος
Ἦν γὰρ ἐμὸν Στέφανον στέψαι ἐῷ στρεφάνῳ.

48.

Τίπτ', ἔρεαι, σε φιλῶ μᾶλλον στόματ', ἢ κατὰ γλῆνας,
Τὰς μεν ἐξ οὐρανιῶν Ζεῦς τοι ὄπασσε χόρου;
Εἰ δή μοι πρόφασις τις ἐῆν, τόδε φάμεθ', ὅτι περ
Οὔτις ἀπ' ὀμμάτων ἀντὶ φίλημα λάβοι.

49.

Θάλλει ἐν Κλεοχῆς μέλιφρον ῥόδινον τε παρείης
Ἦρ, τό μεν αὐτὸς Ἔρως φύσε φυτεύσε τ' ἐμοὶ

Αἷς παλαμαῖσι ποθὴν δ' ἔγερων ὄγ' ἐμεῖο
Οἱ κραδίη, τὰ ῥόδα δάκρυσι βρέξαθ' ὑῶν.

50.

Ὡς ἐμὲ εἰσέρχου μοι μήποτε, αἴγιλλψ, εἰς δῶ,
Οὔποτ' ἐπεί γ', Αὖλας, οὖρος ἐσῆλθε σπέος.

51.

Εἰς βιοτοῖο χόρον κλονέοντ' ἀνάγουσιν Ἀρεταί,
Αἱ γλυκυπαρθενικαί, οἷον ἐπιστατίδες·
Τοῖς δὲ κυλινδομένοις ὑπὲρ οὖδον νεῦματι ποσσὶν
Ἐγχέασιν ἁπαλῷ ῥύθμον ἀερσιπεταῖς.
Καὶ μὲν μακάριος, τινι εἰ τις ἔνευσε θεαίνα,
Μειδιάει τ' ἀγανῶς, ῥῶσο, λέγουσα, ποδᾶς.
Ἀλλά γέ τοι ἄστρων χωρῷ ἐνεπήξατο κάρα,
Μητέρι ᾧτινι σφῶν ἐγκυρέοντι τύχεν.

52.

Εἰ μερόπεσσιν ἴση τοῖς ἀθανάτοισι θεοῖσι
Ἔπλετο ἐν γυίοῖς ἠδὲ νόοιο βίη,
Οὐ τάχ' ἂν ἡ γαίη τόσσους ὑπεραυχέας ἄνδρας
Χωρείη, ὅσσοι αἰθέρ' ἔχουσι θεοί.

53.

Ἀμβατέον κονίῃ ἀδινῇ πολλῇ τε ἀΐκῃ
Χῶρον σοί γ' οἴω, ἄνθρωπε, οὐράνιον.
Οὐ γάρ τοι ποτὲ μὴ χριμψαίατο ἀστέρει ἡμῖν,
Οὐδὲ μὲν ἵκε πόλος οὖδον ἐφ' ἡμέτερον.

54.

Ὅς μ' Ἀΐδη ζοφερῷ προϊάψας, Κίγκιε, λύρῃ,
Τοὔμπαλιν, ὡς Ὀρφεὺς ἄν μ' ἄγε ληξάμενος.

55.

Ἄγις ὁ χειρῶναξ βιοτῆς τάδε λείψαν' ἔθηκε
Τῆς ῥυπαρῆς Μιλίῃ, ἔρνεϊ Παιονίδῃ,
Καὶ σύναμ' ἀρτίποδι Μαίας ἐριουνίῳ υἱεῖ,
Ψυχὴν εἰς Ἀΐδου ἐξ ἀπάγοντι βίου,
Ταῦτα γε, τὰς ῥιπίδας τε ῥάκη τε ῥίνον τε καὶ ἅμμα·
Πάντα δὲ δοὺς ἀγανῶς, ἄσμενος, οὐκ ἀέκων
Τοῖς ῥα δυοῖν· τῷ μέν γ', ὅτι οὕνεκα δῶκεν
Τῷ Ἀτλαντιάδῃ, τῷ δ' ὅτι μιν Ἀΐδῃ.

56.

Εὐσεβὲς Αἰναρέτη θυὸς θ' ἱερόν τε ἐέρδει
Φοῖβας, Λατοΐδα, σοι ἑλικοβλέφαρις.
Σὺ δ' ἄρ ἀεὶ λεύσσεις προπάροιθε σέθεν περιφοιτᾶν
Ἰχνέϊ μαλθακίνῳ ὄμματα αἰδομένην,
Ἠδ' αὖ οἰδοῦσαν πραπίδων ἐνὶ βένθεσι θυμὸν
Λάθρια, εἰ σέοθεν εἴδεος εἶδε κλέος.
Ταύτην γοῦν διάγειν ἁγνὴν δέον ἐστι θεράπνιν
Παρθενον, οἱ δὲ δέον, φεῦ, σε μένοντα θεόν.

57.

Εἰς Λακεδαιμονίας πτῶσιν.

Ἧδε μοι τῆς Σπάρτης ἔλαχεν πόλις κρείσσονα μοῖραν,
Ἔμπεδος ἡ 'στι νόμοις, οὐ πολιτῶν ἀρεταῖς.

58.

Ἁλμυρὰ δακρυχέων καὶ ῥαινόμενος ὅλος ὄμβρῳ
    Δίκλισιν ἐν Σαμίης λίσσομαι δρυστόμοις·
Τέτταρα δὴ ὥρας πέλεται ἔνδον γὰρ ὁ ῥήτωρ
    Ἀντίφανης, βλαῖσος, ἔψαλος ὅδε τράγος·
Λῖρον φημὶ κῦνα, τὸν ῥιναυλοῦντα πιθηκὸν
    Βήματι γυμνῶσανθ᾽ ἕρκος ὅλον τομέων.
Ἦ ῥά γε δηναῖος μάλα δὴν δῆρον τε μελετᾷς!
    Λῆξαι καὶ δὸς ἐμοί, ὦγαθε, σοῦ ὕδατος.



Disputationes tres de mythis Orphicis

I.

De fabularum cosmogonicarum

sensu et genuinitate.

Quamvis multi intellexerint, scriptorum Orphicorum, quae servata sunt et deperditorum falsitatis suspicionem non omnino transire in mythologumena, quae Orpheo tribuuntur auctori, atque adeo in hymnis, qui hodie extant, latere passim posse genuinas poetae Thracici philosophematum reliquias, quantumvis ipsi sint sublestae fidei, per se recte judicatum sit a Celeb. *Heynio*, nostro tamen tempore tacitis quasi votis et silentio haec quoque mythorum Orphicorum genuinitas condemnata esse isque ne exauditum quidem iri videtur, qui falsitatis argumentorum largam copiam expandere velit eoque negotio cavere, ne illi in caeterarum Graeciae fabularum historia multa turbent et confundant, id quod facere debent, ni falsitatis et novitatis argui possint, ut saepissime numero observandi locus nobis dabitur. Itaque cum prolixe et curiose de hac mythologiae parte disputare caperem consilium, non quidem genuinitatis examen prorsus praetermittere proposui, priore maxime hoc de fabulis cosmogonicis specimine, at praecipuum tamen studium in fabulis ipsis, quaequae illae sint, genuinae an suppositae, antiquae an novae, illustrandis et in ordinem digerendis collocare volui eaque opera confusum hoc et multigenere fabularum chaos mytho-

logo-

logorum usui praeparare: non facile sane opus, at quod non sine multorum gratia me absolvisse opinor.

Primum, inquam, locum obtinebunt fabulae cosmogonicae, quae numerosae sunt et ad quatuor fere philosophemata possunt redigi. Diversa igitur haec et diversorum nimirum auctorum sunt, quorum unius alteriusve an ipse fuerit Orpheus, statim in limine me dubitare profiteor. Exponamus et examinemus deinceps singula, primo quidem genuinitatis, saltem antiquitatis, prae caeteris insigne, quod servavit *Athenagoras Pater* (legat. pro Christ. cap. 15. 16. ed. Oxon. p. 68. sqq. et *Damascius Neoplatonicus* περὶ ἀρχῶν cap. XIII. p. 252. seqq. Wolf. Anecd. Graec. Tom. III. a) Verbis enarrabo latinis.

„*Aqua* fuit omnium rerum principium, ex quo nata est ἰλυς. Ex utraque deinde materia ortus *serpens* cum *leonis* et *tauri* capitibus, inter quae media *dei facies* apparuit. Is serpens appellatus *Hercules* vel *Chronus* peperit *immane ovum*, quod plenum genitoris vi et robore disruptum est in duas partes, quarum superior *Coelum*, inferior *Terram* effinxit. Coelus (Uranos) Terram amplecti et procreare *Parcas*, Atropo, Lachesin et Clotho filias, deinde *Centimanos* filios, Cottum, Gygen et Briareum, nec non *Cyclopes*, Bronten, Steropen et Argetem; filios vero vincire et in Tartarum detrudere. Ea crudelitate gnatos indignata Terra mater peperit *Titanes*, ita vocatos, quod puniverunt Uranum. *Cronus* quidem, minimus natu, exsecuit patris genitalia eumque curru dejecit. Sed ipse crudelis pater, mascula prole devorata, a *Jove* filio vinctus Tartaro injectus est. Quo facto Jupiter proelia iniit cum caeteris Titanibus summi imperii causa, atque persecutus est libidine *Rheam* matrem, quae cum commutata esset in anguem, ut a filii amplexibus esset secura, ille eodem modo commutatus vinxit matrem noto *Heracleotico* et compressit: cujus rei symbolum est Mercurii caduceus. Deinde iterum mutatus in serpentem cum filia *Persephone* concubuit idem et progenuit *Dionysum*."

Prae

a) Damascius laudat auctores *Hieronymum* et *Hellanicum*, qui vero e pluribus cognominibus qui fuerint, vel annon ipse suspicionem movere velit, aetate seniorem (historiographum?) Hieronymum, quem tamen priore loco nominat, antiquiori Hellanico (an historiarum scriptori Lesbio, qui vixit ante Herodotum?) supposuisse librum, quo hic enarraverit cosmogoniam Orphicam, in dubio relinquunt et brevia et depravata auctoris verba.

Prae aliis, ajebam, genuinitatis speciem prae se fert haec cosmogonia Orphica, atque unicae ejus antiquitatem defensam video a Viro acutissimo Tiedemanno. (erste Philosoph. Griechenl.) Quid? si tamen nova sint, quae antiqua videntur. Primo enim quod ipsam antiqui speciem attinet, ea ne fallat, cavendum est. Nam supposuerunt tam Orphici quam alii *ipsa antiqua* ex diversissimis religionibus, maxime Ägyptiacos mythos, et ut quique innotuerunt inter Graecos, suos et Orphei fecerunt, id quod multis quoque Graecorum philosophorum effatis contigit ipsisque fabulis Homericis et theogoniae Hesiodeae, quas vindicantes Orpheo diversi auctores immutaverunt diversissimis modis et contexuerunt cum alienis mythis et philosophematis. Quam quidem rem Pater Clemens Alexandr. Stromat. V. p. 618 ita enunciat, quasi Homerus et Hesiodus sua ex Orpheo collegerint, sicut altero loco Heraclitum suum de animabus dogma ex Orphicis desumsisse praedicat, tametsi hoc seriorem sapiat aetatem b) Ita autem sentire ejus aetatis homines oportebat, cum incredibili credulitate quaecunque *scripta* Orphica pro genuinis habuerint. Nec seriore modo tempore tam inter mysteriorum socios quam inter alienos hic mos Orpheo aliena supponendi grassatus est, sed Pisistrati jam aetate Onomacritum Pythagoreum fecisse constat, deinde Cercopem et alios, utique Pythagoreos. Nam et hi et ipsi Orphici diversis aetatibus Pythagorae philosophiam ita vindicarunt Orpheo, ut ea tandem in dogmata et religiones mysteriorum *Herodoti* jam tempore transierit; unde factum est, ut Orphici velut Pythagorei abstinerent cibis *ἐμψυχοις*, Euripid. Hippol 952. Plato de Rep. p. 312 ed. Bip. c) et inde nata seriorum narratio, Pythagoram ipsum in mysteria initiatum fuisse, Jamblich. vit. Pythag. p. 123 ed. Amstelod. Procl in Tim. V. p. 291., cum et Orphici omnia, quae olim ex alienis erant recepta, Orphei esse tum ipsi crederent

b) Laudat illud jam Plato ut Orphicum et Heracliticum, ni fallor in Cratylo.

c) Quam disciplinam mere Pythagoricam (nimirum in ea nexu fuit cum doctrina de metempsychosi) et ab Orphicis receptam falso ipsi recentiores tribuerunt Orpheo auctori, perperam cum τῳ ἀπεχεσθαι των ἐμψυχων in convenientiam vocantes laudes, quas illi tribuit Horatius Arte poetica et Aristophanes Ran. 1064, poetam a *caedibus* coercuisse populares feros (φονων τ' ἀπεχεσθαι): quae laudes non nisi efficiunt exemplum *poeticum* eorum, quae musica fecerit Orpheus ad domandos Thracas.

derent cum aliis persauderent, et hi ita crederent. Deinde sicut philosophiam Pythagorae, ita etiam Ägyptiorum religionem cum Orphei mysteriis coaluisse jam animadvertit *Herodotus*, cum Orphicos, *appellatos etiam* Bacchicos non alios esse quam Pythagoreos et Ägyptiacos narraverit, τοισι Ορφικοισι, inquit, καλεομενοισι και Βακχικοισι, ἐουσι δε Αἰγυπτιοισι και Πυθαγορειοισι, quae vero verba sunt qui male intellexerint ita: *ita dictis* Orphicis et Bacchicis etc., ut adeo referant Πυθαγορειοισι ad Βακχικοισι et Αἰγυπτιοισι ad Ορφικοισι, quamvis alio quodam loco ipse narret Herodotus, sacra *Bacchica* assimilia esse Ägyptiacae cuidam religioni, cujus ergo deum appellat Bacchum, illa vero Pythagorae disciplinam recepisse nemo memoret. Id contra Orphicos fecisse constat. Quare inverso ordine Pythagorici referri deberent ad Orphicos, et Bacchici ad Äegyptiacos. Recipienda igitur prior loci explicatio, quae et aliena est ab illis difficultatibus et aliunde confirmari potest. Nimirum quod, iis intellectis: Orphicis *appellatis etiam* Bacchicis, effatur Herodotus, Orphica et Bacchica eadem esse mysteria, idem narrat Apollodor. I. cum Diodor. I. sicut Antholog. I. 1. cap. 25. 9. add. Plutarch. Alexandr. p. 665. Orpheum enim Orgiorum Bacchi auctorem fuisse tradunt. Ita et Πυθαγορειοισι et Αἰγυπτιοισι apte referas et ad unum et ad alterum, ad Βακχικοισι et Ορφικοισι, si Herodotum reliquosque scriptores ita intelligas, ut mysteria Orphica ubique et semper fuerint Bacchica, quoniam Orpheus popularem Bacchi religionem fundum fecerit mysteriorum, cum ea inter Thraces primum introducere voluerit, ut Bacchica vero exstiterint, quae non fuerint Orphica tum in Thracia cum alibi. Nam ita de Orphicis quasi solis loquitur Herodotus, cum Orpheum alia quam Bacchi mysteria condidisse non constet, et appellare illa poterat et Pythagorica et Ägyptiaca, cum Orphicos et Pythagoreorum philosophiam et Ägyptiorum religionem in mysteria recepisse certum sit. Nam de hac testantur et mythi, et quod Diodori tempore vulgati erant hymni, ita referti religione Ägyptiorum uti, cum crederentur genuini, Orpheum eos ipsum ex Ägypto reportasse sibi persuaderent homines creduli; cui idem nimirum credulitati debetur narratio de Orphei itinere in Äegyptum, quod seriores memorant scriptores. Nam quoniam omnia, quae mysteria continebant Ägyptiaca, ab ipso Orpheo derivarent creduli, ad illud quasi confugere debebant seriores. d) Denique multas quidem alias religiones et philosophias, sal-

d) Epist. ad Heyn. Conon. Narratt.

saltem ex iis notiones singulas, vel adoptasse Orphicos constat, vel Orpheo tribuisse impostores, quicunque sunt; quo vero tempore, utrum jam ante Platonem, an serius, incertum. E Persica religione, et quod videtur ex Indica quoque, notiones receptas et Orpheo adscriptas fuisse ante Herodotum in confesso foret, si Damascii auctor Hellanicus pro antiquo illo historiographo esset habendus. Saltem absque omni probabilitate est, quod acutissimus Vir Tiedemannus censuit *olim*, ante Platonem et Aristotelem nihil nisi Pythagorica et a *solis Pythagoreis* Orpheo fuisse supposita. Nam quis sciat, qui scripta quae jam memorat Plato, qui dogma Heracliticum illud, qui ἐπη 'Ορφικα, ab Aristotele falsitate notata, supposuerit Orpheo, et *quando* supposita sint omnia illa aliena, quae in mythis deprehenduntur? Imo Euripides novit mythum de Baccho, qui alienus quidem sed minime Pythagoricus est. vid. infr.

Itaque ex religionibus et antiquis philosophematibus, v. c. Pherecydis Syrii desumta et supposita jam ipsa afferebant speciem antiquitatis in cosmogonias Orphicas, quas ex diversarum religionum et philosophiarum notionibus contextas videbimus. Deinde vero inter Orphicos nata est συμβολικη mythica, quae ad exemplar genuinae et vetustioris, qua ut naturae eventa enunciarent feri Graeci et barbari, mentis eorum natura et indoles cogebat (cf. de theog. Hesiodi), recentioris philosophiae placita et ipsorum cogitata mythica quadam arte elocuta est iisque mythorum naturam praebuit. Ita multa antiquitatis speciem habent, quae nova et supposita sunt.

Verum ne in his diutius commorer, pergam nunc ad ipsam cosmogoniam Orphicam, et omissis prioribus ejus duabus notionibus, per se manifestis, et quae infra demum in censum venient, statim agam de Hercule sive Chrono. Vexavit is multis modis interpretes, sed praetermitto quae disputavit Tiedemannus l. c. et Hermannus mytholog. T. III. p. 309., qui non sine ambagibus illum vindicat Ägypto. Mirum autem, neminem vidisse, hunc serpentem cum tauri et leonis capitibus aureisque alis (has enim addit Damascius) in Orphicorum mythologia fuisse *Solis deum*, id quod omnia declarant. Primum enim in hymno undecimo occurrit *Hercules*, qui plura solis epitheta habet. Τιταν ἀκαμας v. 9. et μαντις, (nam Sol in mythis Orphicis Apollo est.) Idem v. 11. *auroram et Noctem in capite gerere* dicitur

 i. e.

i. e. Sol auctor diei et noctis. Alter versus innuit serpentis formam πρωτογονοις στραψας φολισι ultima voce, quae serpentis et lacertae pellem notat. e) Superflua hactenus correctio Lennepi ad Coluth. p. 4. βολισι (radiis) pro φολισι et ἀστραψας pro στραψας. Tandem Hercules in hymno *temporis pater* appellatus est, nimirum quatenus Sol est. Sed praeter hymnum Nonnus Dionys. XL. 368. Herculem Solem esse declarat verbis: ἀστροχιτων, Ἡρακλες, ἀναξ πυρος, ὀρχαμε κοσμου. cf. 428. 575. Tandem Courtus de Gebelin (monde primitif T. III.) laudat locum Nicolai Damasceni, quem Solem Herculem et Chronum appellatum fuisse docere prodit.

Jam vero unde ea nomina, unde mira illa Solis species? Hanc quod attinet, ex Mithriacis totam habet Orphicus deus. Omnia enim Herculem esse Persarum Solis deum *Mithram* profitentur. *Leonis* primo caput Mithras habet apud Montfauc. Antiquité expliquée Tom. I. lib. IV. cap. 3. tab. 215. Nr. 1. et Nr. 2., sicut apud eund. in Abraxis dictis vel totus leo est vel homo cum leonis capite T. III. tab. 150. Nr. 1. tab. 163. tab. 149. (cf. ipsum Montfaucon IV. cap. 3. §. 6.) quarum imaginum una Mithram ostendit superne leonem, inferne serpentem cum inscriptione: γιγαντορηκτα, quae Herculem innuit, quatenus seriores mythorum conditores participem fecerant Gigantomachiae, quamvis hic longe alius sit quam Hercules Sol. Deinde Tertullianus (Apologetic.) et Lactantius ad Statii Thebaid. testantur de illa Mithrae forma eaque sine dubio nominis *Leonticorum* causa fuit, quo appellata sunt Methriaca sacra. Ubicunque vero ars plastica Mithram effinxit ut juvenem pulchrum, qui in genua considens mactat bovem, leonis speciem non nisi in *attributis* servatam vides. vid. T. I. tab. 215. Nr. 4. Supplemens T. I. tab. 82. Nr. 1. f) et Gruter. Inscript. p. XLIV. 7.

Serpentis porro formam non ipsam quidem expressit ars, sed juvenem pulchrum angue tantum circumvolutum effinxit. T. I. tab. 215. Nr. 1. 2. 3. aut

e) στραπτειν a στρεφω de fulmine dicitur, quatenus se volvit ut anguis, cf. Schneideri Lexic.

f) Etiam apud Aegyptios Sol ut Leo effictus est. cf. Zoegae numism. Aegypt. Antonin. XLIV. 162. p. 182. Claud. XVII. 55. p. 19. add. not. Zoeg.

aut pro attributo ad pedes eum posuit tab. Mithriaca l. c. Nr. 4. tab. 216. Nr. 1. 2. tab. 217. Nr. 1. 3. aut sceptro circumdedit ead. tab. Nr. 4. cf. Gruter. Inscriptt. pag. XXXIII. 11. XLIV. 1. 8. Idem locum habet in binis juvenibus, qui, unus erecta, alter declinata face, ad latera stant Mithrae, ut orientem solem et occidentem notent (cf. Montf. Tom. I. lib. IV. cap. 4. §. 4.) vid. Mithriacam tab. T. I. 215. tab. 217. Solis in Abraxis Mithras ipse serpens conspicitur T. III. tab. 149.

Alae autem in omnibus fere Mithrae imaginibus sunt, vel duae, una erecta, altera deflexa, vel quatuor, quarum binae orientem, binae occidentem solem indicant. v. c. T. I. tab. 215. Nr. 1. 2. Eodem modo juvenes tab. Mithriac. et 219.

Tauri caput itidem inter attributa Mithrae est T. I. tab. 215. Nr. 4. tab. 216. atque plures antiquitatis populi ita effinxerunt Solem. cf. Hermanni Mythol. T. II. p. 253. Schol. ad Lycophron. alic. *Dei* denique *facies*, ni fallor, est caput radiatum, quod juxta caetera Mithrae attributa positum est in pluribus imaginibus, vel ad pedes vel in supernis partibus. Et ne hoc omittam, pallium *stellatum*, quo apud Montefalconium indutus conspicitur Mithras, id ecce iterum Herculi tribuitur a Nonno l. c. epitheto: ἀστροχιτων.

Manifestum igitur esse potest, Mithrae Persici formas transiisse ad Herculem Orphicum. Ita vero tandem apparet, cur *Bacchus* totidem illisque iisdem formis memoratus legatur, primo *tauri* aut tauri capite, hymn. 44. 45. 29. Diacon. Allegor. Hesiod. p. 305. Nonn. Dionys. V. 563. VI. 165. 205. 209. VII. 320. XI. 150. XV. 30., *leonis* Horat. Od. II, 19. 23. *serpentis* Montf. Supplemens I. IV. 6. et omnibus denique tribus, tauri, leonis et multorum capitum serpentis in Choro Bacch. Euripid. v. 1015. Nam solis numen totum transiisse ad Bacchum apparet ex fragmentis Orphicis apud Macrob. Saturn. I. 116. 23. Diodor. Sicul. I. p. 7. Inde Bacchi epitheta: πυριπολος, πυριφεγγης, πυρισπορος Hymn. 44. 51. 57., inde mythus, eum commorari apud Persephonem in inferis locis ibique esse educatum hymn. 52. V. 2. 3. 45. 46. add. epitheton χθονιος hymn. 52. Nam Orphici Solem, quod hymni declarant, e locis inferis prodire in terram opinati sunt, parte quidem (nam summus inter illos dissensus) adoptante antiquos Graecorum mythos, qui

 oriri

oriri statuebant ex Oceano. Ergo, quoniam ibi natus esse Sol dici debebat et primum ortus, ubi quovis mane oriri videtur, Bacchus filius *Persephones* est hymn. 29. Athenagor. l. c. Clemens Alexandr. cohort. ad gent. p. 11. ed. Parisiens., et Hercules Sol alteri parti *aquae* filius. Caeterum in artis quoque opera abiit mythus de Baccho, quatenus is idem factus est cum Sole aut Mithra. Exstat enim imago Mithrae, cujus inscriptio et solemne nomen *Sol deus invicibilis* et *Nama Sebasius* tribuit illi, quod alterum videtur notum Bacchi epitheton *Sabazius* esse. Montf. T. I. tab. 217. Item altera tab. 218. Mithras tota specie capite et cum uvis Bacchi expressus est, addita inscriptione: *Nama.* cf. Gruteri Inscript. p. XLIV. 7. g)

Secundo loco unde venerit Orphici Solis nomen *Hercules* non difficile est conjectu. Vel enim petitum est ex philosophia Pythagorica, quae ita appellabat *ignem,* vel versio est nominis Mithrae, quod est deus invictus sive invincibilis. Tertium vero probabilissimum hoc, quod duodecim Zodiaci signa, quae Soli sunt percurrenda, signata vel comparata erant cum duodecim Herculis laboribus, id quod hymnus 11. declarat: δωδεκ' ἀπ' ἀντολιχυν μεχρι δυσμων ἀθλα διερπων h) scil. Ἡρακλης. Ille igitur quasi Hercules. *Chroni* denique nomen notare videtur Solem, quatenus dierum, noctium annique tempestatum auctor est, (ut epitheton supra ex hymno laudatum: χρονου πατηρ) nisi respiciat speciem *senis,* quam Solis deo communem dederunt multi populi et artis opera cum *Crono.* Mithras enim ipse effingitur cum *barba* aeque ac Cronus et Sol Serapis. Supplemens T. I. tab. T. II. tab. 42. Antiq. expliq. T. III. tab. 162. De Serapide etiam notum ex numismatis Ägyptiacis Galba V. 16. p. 34. Antonin. XLVI. 260. (XVI. 376. Marc. XV. 71. Verus. VIII. 40 cf. Zoeg. not. 16. Ita Siculorum sol et alii Orientis, ut Arabiae, quae res fuit causa, ut Nonnus *Solem* in Arabia *Cro-*

g) Ubi in Tauri collo est: *Nama Sebesio,* in ventre: *Deo Soli invicto Mithre.*

h) Ultima vox proprie sumenda videtur neque pro ἰεναι, quo sensu maxime apud Tragicos est. Nam innuere potest Herculis figuram serpentis, quam idem hymnus agnoscit. vid. supra: στραψας φολισι. Etiam Mithram ita expressit ars, ut inter serpentis flexus in ipsa statua Zodiaci signa efficta sint, ille igitur per haec quasi repat in altum. cf. Montf. T. I. Tab. 215.

Cronum appellari proderet, nimirum ex Graecorum interpretatione, quales ex simili specie et cultu innumeras fecit Herodotus.)

Iam igitur, si Hercules Sol est, apte natum hunc esse statuit Orphicus post prima rerum principia, aquam et ἰλυν. Idem nimirum voluit, quod tot cosmogoniarum conditores posuerunt, i) terram initio aqua fuisse inundatam, ac deinde illa in alveos, maria et fluvios congressa, limum relictum, qui tandem solida et sicca terrae superficies evaserit. Hoc vero ut eveniret, solem nunc induxit in rerum naturam nostrae cosmogoniae auctor. Ita quidem secundum Athenagoram; paullo diverse Damascius, quamvis verba vitiata restituas. Ponit enim ut principia rerum, ὑδωϱ et ὑλην, ex hac ortam dicens terram solidam (γην): in quibus igitur ὑλη oppositum esset ὑδατι, tamquam materies *solidior*, unde nasci potuerit terra solida, cum alias pro unaquaque materia, et aqua et aëre et terra valeat in philosophorum lingua. Corrigendum autem ex Athenagora ἰλυς, ut igitur aqua et in ejus fundo ἰλυς sint rerum principia, atque hic deinde evaserit solida terrae superficies (ἐξ ἡς scil. ἰλυος ἐπαγει ἡ γη, leg. ἐπαγη a πηγνυμι, quae vox etiam capit. XIV. eodem sensu est: την δε γην ὀυσιωδει καταστημασι παγεισαν.) Ergo nunc nascitur Sol, *terra jam solida facta*, quae vero tunc poscebat illud naturae lumen futuris creationibus. Caeterum si aqua et terra natum Herculem dicit Damascius, illa intelligi potest Oceanus, in cujus *fundo* Sol thalamum habere credebatur, in quo quiescebat: hactenus et e terra et e mari prodibat primo oriens, adeoque ex iis natus esse dicebatur. cf. hymn. ubi Hercules γαιης βλαστημα φεϱιστον dicitur.

Quid

i) Notus Iliadis versus: ωκεανον τε θεων γενεσιν και μητεϱα Θητυν, qui itidem aquam omnium rerum initium ponit. Quod enim altero prius exstat, pater ejus est in cosmogoniis atqui dii sunt ipsius rerum naturae partes. cf. de Theog. Hesiod. Quoniam vero omnia latebant sub aqua chaus, omnium primum aderat ipsa. Supposuerunt mythum Orpheo, nam ipsum versum ut Orphicum laudat Athenagoras. — Sed longe aliud vult Thetyos et Oceani connubium apud Hesiodum, quod receperunt etiam Orphici, narrante at male interpretante Platone et Hesiodum et Orphicum Cratyl. p. 268. Servati sunt versus Orphici l. c:

Ωκεανος πϱῶτος καλλιϱοου ἠϱξε γαμοιο,
ὁς ῥα κασιγνητην ὁμομητοϱα Τηθυν οπυιεν.

Quid vero? Hercules deinceps gignere dicitur *immane ovum*, e quo fiunt *Coelum* et *Terra*, k) et tamen ipse ex aqua, quae obtegebat Terram et ipsa e Terra natus fuerat. Nonne igitur aliter intelligendum illud de primis principiis, aqua et terra, placitum? Utique aliter potest. Nam pars philosophorum, ipseque videtur Thales, non statuerant chaos, et aquam eo modo fecerant omnium rerum principium, quo alii aërem, ut esset primum *elementum* (πρωτον στοιχειον) unde caetera emanassent vel condensatione, ut terra, vel subtiliore facta, aër. Hoc igitur sensu si Orphicus in cosmogoniam recepit id philosophorum placitum, Herculem ex eo elemento natum esse et totum deinde mundum ex se procreasse narrare potuit. Mundus enim sic non latuit sub aqua statu chaotico, quo in aliis cosmogoniis, et primum aquae elementum, daturum Herculi originem, minimam quantam poterat partem efficere. At misero tamen modo Orphicus illud e philosophis et alterum de Hercule mundi genitore placitum e mythis Ägyptiacis consarcinasse et in systema aliquod compilasse videretur. Nam Ägyptii simili tradiderunt modo de *lucis deo* Phne, ab interpretibus appellato *Phanete*, (qui idem et in Orphicis est atque in Herculis Solis personam abiit; cf. infra) nimirum mundum universum ovi forma ex ore ejus prodiisse. Nihilominus tamen verosimile est, nisi placeat potius, partem earum notionum ab *Ägyptiis*, partem ab *Indis* mutuatam et *utramque inter se contextam esse* a quodam Orphico. Et enim Indi mundum forma ovi undique testa inclusi natare tradebant super aqua, *quae extra mundum sit*. cf. Abraham Rogers verborg. Heydenthum p. 288. 428. 29. 282. Haec igitur aqua posset illud omnium rerum esse principium, ex ea natus esse Hercules, isque deinde mundum ex se pronatum aquae illi imposuisse. Ita vero rejiciendum foret, quod Damascius diversum habet ab Athenagora, hujusque auctoritas praeferenda. Nam quae de aqua et limo exponit Athenagoras, bene possunt congruere cum fabula Indica, quae ille, minime.

Quae vero omnia si nolis, tertia rem expediendi superest via et ratio. Persistere enim possis in priore et vulgata explicatione aquae primi rerum prin-

k) Mundum enim ovi forma cogitaverunt Orphici. cf. Varro apud Probum ad Virgil. Eclog. VI. Macrob. Saturn. VII. 16. Achilles Tat. ad Arat. phaenom. cap. 6. et eadem est mundus in *Chao* apud Clement. Roman. in cosmogonia Orphica, de qua infra.

principii, universumque mundum chaoticum jam adfuisse sub aqua latentem credere posuisse Orphicum, si *Chronum*, qui in *altera Orphicorum cosmogonia*, a Damascio appellata *vulgari*, *ovum* peperisse dicitur, unde nascitur *Eros*, 1) vel ab Athenagora vel ejus auctore confusum esse cum nostro hoc Chrono Hercule concedere velis, atque nostrae adeo cosmogoniae auctorem nihil memorasse de Chrono ovi patre credere. Cui opinioni succurrit Clemens Romanus, qui ut noster initio rerum statuit quidem ovum illud immane, quod totum mundum incluserit, at partum id fuisse ab aliquo, a Phanete, (qui in Orphicis idem est cum Chrono nostro; infr.) nihil memorat. Huc accedit Damascii auctoritas, qui et de Chrono nostro et de ovo narrat, sed illum hoc peperisse non agnoscere videtur. Ita res expedita foret et quae hactenus in cosmogonia exposita sunt, hunc admitterent sensum: Initio rerum Chaos, quod mundum ovi forma complexum sit, latuisse sub aqua, qua in maria regressa, terrae superficiem fuisse limo obtectam: deinde solem e mari et limo (qui in maris fundo est) ortum eoque lumine dato, ovi partes (Coelum et Terram) quae antea tenebris et vaporibus perfusae unam quasi effecerint massam, inter se fuisse distinctas, ergo natum Coelum et natam Terram. Simili quidem modo Coelum et Terra, donec Chaos efficiunt, conjunctae quasi tenebris dicuntur et unam molem efficere, donec Sol apparet et dirimit unum ab altera, apud Apollon. Rhod. canente ipso Orpheo.

Iam sequuntur, quae sunt mutuata ab Hesiodo. Coelum et Terra sunt personae et dii (Οὐρανος και Γη) qui filiosque filiasque gigunt, Centimanos, Cyclopas etc. Sed omnia sunt brevius exposita, vitiose et multis ab Hesiodeo discrepantiis, id quod mythi Hesiodei ab aliis quoque enarratoribus Orphicis passi sunt, qui inter se maxime dissentiunt. cf. infra. Quoniam de Theogonia Hesiodi alio loco agere consilium est, hic breviter tantum perstringam, quae diversa ab illo habet Orphicus noster.

Primo Parcas facit *Urani* filias, qui sunt *Jovis* in Hesiodo et apud omnes fabularum enarratores atque in ipsis hymnis Orphicis. Serior utique nostri mythus

1) Eundem mythum respiciunt Orphici, qui *Amorem Chroni* filium dicunt. cf. Schol. ad Apollon. Rhod. III. 26. Argonaut. Orphic. v. 13.

mythus, sive sit ab ipso sive ab alio Orphico excogitatus, et sapere videtur *astrologiam*. Nam Parcae vitae humanae et fati antistites, quod pendere credebant a *sideribus*. Deinde non agnoscit Hesiodus, Cronum masculam tantum prolem devorasse, neque amplexus Jovis et Rheae matris: qui mythus merum interpretamentum Mercurii caducei videtur. Hoc saltem constat, errare cosmogoniae auctorem in hoc, quod Mercurii caduceum habet pro symbolo ejus amplexus. Nam angues respiciebant solem (vid Macrob. Saturn.) quem serpentis speciem apud Orphicos habuisse vidimus. Inde etiam anguium complexus nomen ἅμμα Ἡρακλειωτικον, ab Ἡρακλης qui est Sol.

Denique alienus ab Hesiodo mythus de amore Iovis in Persephonen filium, qui est etiam apud Clement. Alexandr. p. 11. Natus autem est, ut vidimus, ex quo Solis numen transiit in Bacchum. cf. supra.

Cosmogonia secunda.

Sequitur cosmogonia, quam Damascius *vulgarem* Orphicam nominat. Exponam verbis auctoris propriis:

Ἐν μὲν τοίνυν ταῖς φερομέναις ταύταις ῥαψῳδίαις Ὀρφικαῖς ἡ θεολογία δέ τις ἐστιν ἡ περὶ τὸ νοητὸν, ἣν καὶ οἱ φιλόσοφοι διερμηνεύουσιν, ἀντὶ μὲν τῆς μίας τῶν ὅλων ἀρχῆς τὸν Χρόνον τιθέντες. ἀντὶ δὲ τοῖν δυοῖν Αἰθέρα καὶ Χάος. ἀντὶ δὲ τοῦ ὄντος ἁπλῶς τὸ Ὠον ἀπολογιζόμενοι, καὶ τὴν τριάδα ταύτην πρώτην ποιοῦντες. εἰς δὲ τὴν δευτέραν τελεῖν ἤτοι τὸ κυόμενον καὶ κύον ὠὸν τὸν θεὸν, ἢ τὸν ἀργητα Χιτῶνα ἢ τὴν Νεφέλην. ὅτι ἐκ τούτων ἐκθρώσκει Φάνης· ἄλλοτε γὰρ ἄλλα περὶ τοῦ μέσου φιλοσόφουσιν. Τοῦτο μὲν, ὁποῖον ἂν ᾖ ὡς δὲ πατέρα καὶ δύναμιν ἄλλα τινα προσποιοῦντες, οὐδὲν τῷ Ὀρφεῖ προσήκοντα. τὴν δὲ τρίτην τὴν μῆτιν τὸν Ἠρικάπαιον ὡς δύναμιν. τὸν δὲ Φάνητα ὡς πατέρα. μήποτε δὲ καὶ τὴν μέσην τριάδα θετέον κατὰ τὸν τρίμορφον θεὸν, ἔτι κυόμενον ἐν τῷ ὠῷ. καὶ γὰρ καὶ τὸ μέσον ἀεὶ φαντάζει συναμφότερον τῶν ἄκρων, ὥσπερ καὶ τοῦτο ἅμα καὶ τὸ ὠὸν ἐστι τὸ ἡνώμενον· ὁ δὲ τριμόρφος καὶ πολύμορφος τῷ ὄντι θεός. τὸ δὲ διακεκριμένον τοῦ νοητοῦ. τὸ δὲ μέσον κατὰ μὲν τὸ ὠὸν ἔτι ἡνώμενον· κατὰ δὲ τὸν θεὸν εἴδει διακεκριμένον. — Τοιαύτη μὲν ἡ συνήθης Ὀρφικὴ θεολογία· ἡ δὲ

κατὰ

κατὰ τὸν Ἱερώνυμον Φερομένη καὶ Ἑλλάνικον, εἰ καὶ μὴ ὁ αὐτός ἐστιν, οὕτως ἔχει. Nunc sequitur prius philosophema, quo exposito, pergit:

καὶ ὑπολαμβάνω, τὴν ἐν ῥαψῳδίαις θεολογίαν ἀφεῖσαν τὰς δύο πρώτας ἀρχὰς μετὰ τῆς μιᾶς πρὸ τοῖν δυοῖν, τῆς τῇ σιγῇ παραδοθείσης, ἀπὸ τῆς τρίτης μετὰ τὰς δύο ταύτης ἐνστήσασθαι τὴν ἀρχήν, ὡς πρώτης ῥητόν τι ἐχούσης καὶ σύμμετρον πρὸς ἀνθρώπων ἀκοάς. οὗτος γὰρ ἦν ὁ πολυτίμητος ἐν ἐκείνῃ Χρόνος ἀγήραος καὶ Αἰθέρος καὶ Χάους πατήρ. ἀμέλει καὶ κατὰ ταύτην ὁ Χρόνος οὗτος δράκων γεννᾶται. Τριπλήγονον Αἰθέρα φησὶν νοτερὸν καὶ Χάος ἄπειρον, καὶ τρίτον ἐν τούτοις Ἔρεβος ὁμιχλῶδες. Τὴν δὲ δευτέραν ταύτην τριάδα ἀνάλογον τῇ πρώτῃ παραδίδωσι δυναμικὴν οὖσαν, ὡς ἐκείνην πατρικήν. διὸ καὶ τρίτον αὐτῆς Ἔρεβός ἐστιν ὁμιχλῶδες καὶ πατρικόν τε καὶ ἄκρον Αἰθὴρ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ νοερῶς. τὸ δὲ μέσον αὐτόθεν Χάος ἄπειρον. Ἀλλὰ μὲν ἐν τούτοις, ὥς λέγει, ὁ Χρόνος ᾠὸν ἐγέννησε, τοῦ Χρόνου ποιοῦσα γέννημα καὶ αὐτὴ ἡ παράδοσις καὶ ἐν τούτοις τικτόμενον, ὅτι καὶ ἀπὸ τούτων ἡ τρίτη πρόεισι νοήτη τριάς. Τίς οὖν ἐστι τὸ ᾠόν; ἡ δυὰς τῶν ἐν αὐτῷ φύσεων, ἄῤῥενος καὶ θηλείας, καὶ τῶν ἐν μέσῳ παντοίων σπερμάτων τὸ πλῆθος. καὶ τρίτον ἐπὶ τούτοις θεὸν ἀσώματον, πτέρυγας ἐπὶ τῶν ὤμων ἔχων χρυσέας, ὃς μὲν ἐν ταῖς λαγόσιν προσπεφυκυίας εἶχε ταύρων κεφαλάς. ἐπὶ δὲ τῆς κεφαλῆς δράκοντα πελώριον, παντοδαπαῖς μορφαῖς θηρίων ἰνδαλλόμενον. Τοῦτον μὲν οὖν ὡς νοῦν τῆς τριάδος ὑποληπτέον· τὰ δὲ μέσα γένη, τά τε πολλὰ καὶ τὰ δύο τὴν δύναμιν. αὐτὸ δὲ τὸ ᾠὸν ἀρχὴν πατρικὴν τῆς τρίτης τριάδος. ταύτης δὲ τῆς τρίτης τριάδος τὸ τρίτον θεὸν, καὶ ἤδη ἡ θεολογία πρωτόγονον ἀνυμνεῖ καὶ Δία καλεῖ, παντῶν διάκτορα καὶ ὅλου τοῦ κοσμοῦ. διὸ καὶ Πανὰ καλεῖσθαι.

Multa in his obscura et omnia Neoplatonismo sepulta, vitiosis quoque interdum verbis. Sed utroque loco inter se comparato, is fere sensus exit:

Initio rerum fuit *Chronos* nunquam senescens, draconis forma. Ab eo natum *Chaos infinitum* cum *Äthere humido* atque *Erebo obscuro*, in quo ille peperit *ovum* (involutum *Nube* et *pallio candido*) unde provenit *Phanes* (idem qui *Ericapaeus*) *alis aureis* et in humeris *taurorum capitibus* in ipsiusque capite *serpente* praeditus. Fuit idem *Masculofoemina* et nominatus etiam est *Protogonus*, *Jupiter* et *Pan*, i. e. totius mundi gubernator.

Singulae ex his notiones dispersae etiam leguntur in aliis Orphicis, ut Argonaut. v. 12.: „Canam prisci Chaus *magnam Necessitatem* m) et *Chronum*, qui

m) ἀμέγαρτον Ἀνάγκην. Necessitas fuit in cosmophysicis Pythagoreorum aliorumque Philosophornm, unde translata in Orphica mox tribuitur creatori, mox ipsi materiei. Apud Damascium supra adscribebatur Herculi Soli.

qui *Ätherem* genuit atque *Amorem Masculofoeminam*, quem recentiores vocant *Phaneta.*" Item in fragmine carminis Orphici ap. Schol. Apollon. III. 16. ubi *Cronus* pater *Erotis*. cf. Procl. ad Tim. II. p. 117, qui itidem Ätherem et Chaos procreata esse a Chrono prodit. et verba Simplicii in Aristot. Phys. lib. IV. *μετὰ γὰρ τὴν μίαν τῶν παντῶν ἀρχὴν, ἣν Ὀρφεὺς καὶ Χρόνον ἀνυμνεῖ, ὡς μέτρον οὖσαν τῆς μυθικῆς τῶν θεῶν γενέσεως, Αἰθέρα καὶ πελώριον χάσμα* (h. e. *χάος*) *προελθεῖν φήσι.*

Jam explicentur singula:

Poeta antiquus, Hesiodi auctor, utrum mundi partes in Chao jam praeparatas, an primum nasci voluerit, non constare infra videbimus. Orphicum nostrum de prima rerum *origine*, neque solum de primo earum *statu* cogitasse certum. Nam *Chaos* nasci neque adfuisse dicit. Antequam adfuit mundus ille chaoticus, nihil omnino aderat in rerum natura nisi *Tempus* (Chronos). Tempus enim menti manet, nec initium nec finem habet, etiamsi ipsam rerum naturam in tempore nondum fuisse cogites: id quod poscunt ipsae mentis humanae leges. vide Kantium in Ästhetica transcendent. In cosmogoniis porro, quod adest, *pater* deinceps sequentis est: ergo Chronos pater mundi chaotici. Caeterum Chronum hunc alium esse quam illum prioris cosmogoniae Herculem apparet: immo ejus hoc nomen non nisi *epitheton* est. Nihilominus *draconis* forma a Chrono Hercule mutuata esse videtur et huic quoque Chrono tributa ab Orphico, quem simile utriusque nomen male duxit, ut saepe hoc factum est: nisi et Tempori ut *Χρόνῳ ἀγηράῳ* illam convenire dicas, quoniam serpens pro sanitatis, duritiei et longaevitatis symbolo valebat antiquitati, cum juventutem, pelle quotannis renovata, semper quasi recuperare observatum esset. Unde et Äsculapii attributum fuit.

Cum Chao simul nascitur *Äther*, quae minime ignea illa materia eorum philosophorum est, qui ignem *πρῶτον* rerum *στοιχεῖον* fecerant, quod videtur Tiedemanno. Nam *νοτερος* dicitur. Ad hoc eadem notio iterum recurreret in eadem hac cosmogonia, quando nascitur *Phanes*. Immo hic, quum natus fuerit, ipsum Äetherem calefecisse dicitur in fragmento Orphico. Nihil autem aliud est aether quam *aer*, qui humidus fuit, donec mundus in Chao erat lumineque et calore expers. Quare fragmentum laudatum ap. Schol. Apollonii pro aethere *ventos*

sta-

statuere poterat n). Atque, si huc vocas alterum fragmentum apud Procl. in Tim. II. p. 96. 2., aerem totum mundum circumdedisse spatiumque vacuum, in quo positum erat Chaos, explesse apparet. Ibi enim Nox (pro qua Damascio Erebus) demiurgo suadet, ut mundum circumdet aethere, coelo in medio posito etc. cf. de cosmog. quarta.

Porro mundus dum latebat sub Chao, *tenebris* fuit obtectus. Et hae autem faciunt personam in omnium cosmogoniarum lingua, nostrae quidem *Erebum*, aliarum *Noctem* aut *Tartarum*, omnes simul in Hesiodea. Tenebrae igitur comitantur Chaos; dum hoc nascitur, et oriuntur illae: quare fratres Chaos et Erebus, uterque a Chrono pronatus. Ergo nunc nihil jam adest in rerum natura, quam mundus in chao, perfusus aut circumdatus aëre humido et tenebris obrutus. Deinde vero primus calor fit primumque lumen, nato *Erote* sive *Phanete*, in qua notione explicanda prolixius est disserendum.

Statuerunt Amorem in rerum initio tum cosmogonia Hesiodea, cum plurimi philosophi inde a Pherecyde Syrio, deinde adoptavetunt Orphici, diversis diverso modo de eo enarrantes tum illi tum hi.

Primo pater Amoris fuit secundum Argonaut. Damascium Proclum et Schol. Apollon. ll. cc. *Chronus*, pro quo alia fragmina *Ätherem* produnt Lactant. de fals. relig. I. 5 Procl. II. p. 132. Antiphon Comicus matrem fecerat Noctem patrem Chaos Iren. advers. Haeres. II. 19., sicut Aristophanes Avib. 696. Noctem et Erebum. In omnibus notionum similitudo. Iam vero Aristophanes primus est, qui ex ovo prodiisse Amorem narrat. Quid? quod a Comico poeta hoc adoptavit seriosa Orphicorum simplicitas? Poetam nimirum movebant dei *alae*, ut fratrem faceret avium et aeque ac has ex ovo prognatum irrisurus fingeret, atque ea necessitudine superbum in scenam produceret avium chorum, pathetice hexametris originem illustrem declarantem, quae cum fratres essent Amoris, ad Chaos priscum poterat reduci ipsasque diis Graecis antiquiores debebat profiteri. Nam in mythologia Hesiodea praecedit Amor Uranum, Cronum et Jovem. Illud

 autem

n) Damascius et Argonautica Cronum s. Chronum faciunt Erotis et Äetheris patrem, fragmentum Erotis et Ventorum.

autem volebat poeta, cum avibus, ut deorum imperium spernerent, Pisthetaerus perpetuo debeat suadere. Atque non constitit poeta in hoc, sed et ipsum Chaos, patrem Amoris et avium, *alatum* ridicule fecit, ut avis sit et possit ovum parere. Caeterum et interpretes recentiores seriose ceperunt omnia. Sive vero Orphici sint secuti Aristophanem, sive ipsi seriose excogitaverint mythum de amore ex ovo nato, certe alas dei et ipsis hujus mythi causam dedisse apparet. o) Etiam diversi de *patre* ovi sunt, Damascius Chronum fuisse narrat, alii aliter prout quisque ipsius Amoris patrem hunc vel illum agnovit. cf. Athenagor. p. 72. Procl. l. c. p. 130. Hymn, V. 2.

Iam de ipsa Amoris notione cosmogonica agendum. Multi, ajebam, philosophi agnoscebant Cupidinem in philosophematis cosmophysicis, primus Pherecydes, quo sensu incertum. Plurimi autem post eum statuisse videntur Amorem, ut Empedocles φιλίαν, nimirum ut in elementorum incondita mole sociaverit similia cum similibus, velut το νεῖκος Empedocleum disjunxit dissimilia, aut Heracliti πόλεμος, quem igitur omnium patrem nominavit ipse philosophus Procl. in Tim. p. 24. πόλεμος γάρ ἐστι πάντων πατὴρ κατὰ τὸν Ἡρακλεῖτον. At diversum quid volebat auctor Hesiodi. Volebat enim cum Amore nihil aliud quam exhibere antistitem amplexuum deorum. cf. infra. Quoniam vero dii notabant res naturae, et amplexus eorum atque generationes partium naturae procreationes, atque adeo Amor ut amplexuum auctor vim in ipsam materiam creandam aut digerendam habuisse videri poterat, factum est, ut seriores eum fecerint δημιουργόν, illique sunt ipsi Orphici cum compluribus philosophis. cf. Hermiam in Alcibiad. I. Gesner. fragm. ined. et multa alia loca cf. et infr. Damascio ergo est διακτωρ ὅλου τοῦ κόσμου. Plurima tamen effata et nomina notant auctorem deorum amplexuum notione cosmogonica; v. c. γένεσις μακάρων Hymn. V. 3. in fragmento σπέρμα φέρων θεῶν κλυτὸν Procl. III. p. 137. 11. cf. Antagorae epigr. Brunck. Anal. T. I. p. 260. πρωτοσπόρας Nonn. IX. 140. et epitheton vulgare πρωτογόνος, quod falso Lactantius et alii ceperunt notione passiva πρωτόγονος. Inde quatenus vim amoris habebat et in deos et deas cosmogoniarum, uterque sexus ei adscriptus est: Damascius ἄρσην καὶ θῆλυς, *Hermaphrodita* in Argonaut. *Maculofoemina* ap. Clement. Rom. διφυής hymn. cet. et Damasc. θῆλυς καὶ γενέτωρ Procl. l. c.

At

o) Nulla sane hujus ovi cum altero primae cosmogoniae notionum cognatio.

At mox inter Orphicos e generandi et ad amplexus movendi notione orta est altera illi cognata nimirum *calefaciendi* et *caloris* indeque *luminis*. Quare in cosmogoniis Orphicis primus ille et lucem et calorem Chaus humoribus et tenebris dedisse dicitur. Atque ea cum notione simul natum esse videtur novum ejus nomen *Phanes* (a φαίνεσθαι), saltem recentius illud esse effantur ipsa Argonaut. et fragment. Caetera enunciant plurima loca. Nimirum aetherem humidum liquefecisse dicitur Macrob. Saturn. I. 18. Etymol. M. v. Φάνης, quo spectat epitheton αἰθεροπλαγκτος hymn. VI. I. Primus aperuit coeli atque terrae adspectum Hermias in Phaedr. I. Gesn. fr. ined. et hymnis est: gnatus splendens, qui primus tenebras diffuderit, in universo circumvolans secumque ducens lucem suam sanctam et splendentem. Et ipse jam Antiphon Amorem lucis patrem appellaverat. Irenaeus l. c. vid. et cosm. ultimam.

Deinde ab Orphicis, ut caloris et lucis auctor et antistes, factus est ipse *Sol*. Quare Herculis Solis serpentis speciem habet apud Athenag. p. 72., aut serpentem in capite et *taurorum* capita in humeris apud Damasc., velut apud Procl. in Tim. II. capita gerit arietis, *tauri*, *serpentis* et *leonis*. Ac vice versa sol a Phanete accepit notionem *Masculofoeminae*; vid. Damasc. prim. cosm., nec non epitheton ἐριζήτηρ, quod commune habent in hymnis V. 5. VII. Tum quoniam Sol idem factus est deus cum *Baccho*, quod vidimus supra pag. 43, factum est, ut huic ea tribuantur, quae Sol assumserat a Phanete. Inde *Dionysus* aetherem liquefecisse dicitur ut Phanes Macrob. I. 18. ejusque nomen pro epitheto gerit. cf. fragm. VIII. Gesn. καὶ Μῆτις πρῶτος γενέτωρ καὶ Ἔρως πολύτερπης, αὔτος τε ὁ Διόνυσης καὶ Φανης καὶ Ἠρικαπαῖος συνεχῶς ὀνομείζεται, add. fragm. ap. Diodor. Sicul. I. p. 7. Item in hymnis cum Amoris aut Phanetis nominibus et epithetis est Bacchus πρωτογόνος LI. 6. XXIX. 2. διφυὴς ibid. et XLI. 4. κρύφιος XXIX. L. cf. V. 5. ἄῤῥην καὶ θῆλυς XLI. 4. Ἠρικαπαιος LI. 6. Genitoris omnium rerum notionem prodit hymn. LIV. 4. seqq. Denique cum Amore commune habet nomen *Priapi* hymn. V. 3.

Idem igitur dii sunt Bacchus et Amor, et uterque est Sol. Hinc factum est, ut utriusque epitheta transierint in *Adonidem* (qui Sol est hymn. LV. 3.) Vocatur enim εὐβουλεὺς ut ille hymn. I. vers. 3. et Masculofoemina ut hic vers. 4. gnatus-Persephones est ut Bacchus, mox apud superos, modo apud inferos commorans vers. 9. cf. supra.

Tum

Tum Amoris persona abiit in *Jovem*, quia is in seriorum mythis valebat pro demiurgo aut pro deo, qui omnia in se complecteretur et includeret. cf. Gesn. fr. III. VI. XXVI. XXIX. hymn. XIV. etc., nimirum ea notione petitus ex Pherecydis Syria Philosophematis, qui omnium rerum initio statuebat Tempus, materiam (Chthoniam) et Jovem. Damasc. cap. XIV. p. 259. Theophil. ad Autolyc. II 7. Ita Amor appellatur *Jupiter* in verbis Damascii. Ergo hic idem quoque cum Sole et Baccho fragm. ap. Macrob. I. 23. et 18. Denique Jupiter demiurgus in fabulis Orphicis totum mundum devorasse dicitur et reproduxisse iterum Procl. in Tim. II. p. 95. cf. I. 49. Aristot. de mund. cap. 7. et idem ecce narrarur etiam de Phanete Procl. in Tim. p. 99. 9. Gregor. Nazianz. p. 99. ed. Venet. Suid. v. Φάνης Athenagor. p. 72. aliis utramque fabulam commiscentibus. Jovem enim etiam Phanetem devorasse narrabant Procl. T. II. 94. Herm. in fr. ined.

Tandem, cum in Orphicorum mythis *Pan* a suo nomine (Πᾶν) adeptus esset demiurgi et universi gubernatoris notionem hymn. X. I. 10. 13. sqq., et illius persona coaluit cum Amore demiurgo. Hunc enim Panem appellari dicit Damascius et quatenus Amor idem est cum Jove demiurgo, Pani nomen Ζεὺς κεράστης tribuitur in hymno, *epitheto* notante pastorem deum arcadicum, nomine *proprio* autem demiurgum Jovem. — Idem, quoniam universum mundum nomen ejus notabat, filius factus est *aeris*. Shol. ad Theocrit. I. 123., cum plures philosophi, ut Epimenides, mundum ex aëre natum esse docuissent, aut quod Amor, quocum idem factus erat in Orphicis, similiter ex aethere natus fuisse dicebatur. V. Lactant. l. c. Procl. in Tim. II. p. 132.

Amore nato, finem cosmogoniae imponit Damascius, at ita non finitam fuisse in rhapsodiis Orphicis, quas laudat, maxime probabile est. Videntur enim illis notionibus de prima rerum conditione et origine annexae fuisse fabulae theogonicae de Urano, Crono etc. ut in priore illo philosophemate apud Athenagoram, quod eodem modo concludit Damascius, postquam invenit tres suas *triades* Neoplatonicas, quibus multa alia sacrificavit. Illud ut credam, me movent multi illi mythi theogonici, qui ex Hesiodo desumti at multis modis mutati sunt ab Orphicis, nimirum in cosmogoniis, (sicut in illo systemate fabularum theogonicarum apud Athenagoram factum est,) maxime vero ea deorum genealogia Orphica apud Timaeum libr. V., quae post *Phanetem* et *Noctem* inducit Uranum, Jovem, Bacchum etc.

Quod

Quod denique cosmogoniae genuinitatem attinet, vix eam quispiam agnoscet. Omnes ejus et singulae notiones e philosophis et aliunde mutuatae et in systema aliquod redactae videntur: omnes saltem occurrebant alibi. Ita Pherecydes enarravit de *Chrono*, Jove (quem Ätherem interpretantur) Chthonia (quae pro Chao et prima materia habetur), etiam de *Amore Chroni filio* (de hoc vid. Maxim. Tyr. dissert. 29.) et de *pallio* denique *albo* (Maxim. Tyr. l. c. Clemens Alex. Strom. VI. p. 642.) quod ἀργῆς χιτὼν nostri esse videri potest. Item *Acusilaus* philosophus egerat de *Chao. Erebo* et *Nocte*, Erebumque et Noctem generasse dixerat *Ätherem*, *Amorem* et *Metidem*, quae est etiam in nostra cosmogonia, (την δε τριτην την Μητιν τον Ἡρικαπαιον i. e. Ἐρωτα.) et alibi in Orphicis ut epitheton, quod adhaeret Amori demiurgo. cf. Argonaut. 422. hymn. V. 22. Procl. II. 132. — Quare ex utroque hoc, Pherecyde et Acusilao, additis insuper aliis aliunde (ut mytho seriore de Phanete Sole, qui ex ipsis Orphicis est) conflatum hoc systema cosmogonicum puto. Omnia enim docent, Orphicos id maxime voluisse cum suppositis illis scriptis et systematibus, ut Orpheus eadem jam sciverit et edocuerit, quae philosophi profitebantur et erant professi.

Cosmogonia tertia.

Apud Clement. Roman. recognit. ad geutil. X. p. 140. edit. Colon.

„Sapientiores inter Gentiles initio rerum *Chaos* fuisse dicunt. Id per longum tempus externas partes condensans tandem sibi fecisse fines certumque fundum atque *ovi immanis* accepisse formam. Deinde sub illius testa *vivum aliquod* esse generatum, quod testa fracta, forma Masculofoeminae in lucem prodierit: nomen ei esse *Phanes* a splendore. Nam simulatque prodierit, lucem in rerum naturam venisse. Genuit autem Phanes *Substantiam*, *Prudentiam*, *Motum* et *Coitum*, hique fecerunt *Coelum* et *Terra*. Coelum sex creavit filios, *Titanes* nominatos: *Oceanum*, *Coeum*, *Crium*, *Hyperionem*, *Japetum* et *Cronum*, Terra autem totidem peperit filias, appellatas *Titanides*, *Theiam*, *Rheam*, *Themi-*

Themidem, Mnemosynen, Thetidem et *Heben.* Filius Coeli natu maximus filiam duxit Terrae primo natam, sesundus secundam etc et prout quisque natu majorem aut minorem duxit, ordo ejus inter deos constitutus est. Innumeri vero liberi ex his connubiis nati sunt. Unus ex Titanibus *Saturnus* duxerat Rheam atque oraculo monitus, unum olim ex filiis, quos cum illa sit geniturus, ipsum throno dejecturum esse, gnatos, ut mater pepererat, devoravit, primum *Aiden*, deinde *Neptunum* etc."

Loco altero ibid. p. 145. quo Orphei nomen addit, eadem sed aliter tamen exposuit Clemens:

„Inter multos alios Graecorum de rerum originibus scripserunt *Orpheus* et *Hesiodus,* quorum scripta duplici modo possunt intelligi vel ad litteram vel allegorice.

Omnium rerum principium, inquit *Orpheus, aeternum, ingenitum* atque *infinitum* fuit *Chaos,* quod neque clarum, nec humidum nec obscurum vocat, neque calidum aut frigidum, sed omnia in eo commixta fuisse vult unamque effecisse molem, quae informis olim, deinde saeculis praeterlapsis in immanis ovi formam sese redegerit. Id protulisse prolem duplici sexu, quae dicitur *Masculofoemina,* omnium rerum principium primumque omnium ex subtlliori materie composita. Hanc demum effecisse elementorum disjunctionem, ex duobus *coelum* alterisque duobus componentem *Terram.* Hactenus Orpheus. Sed addit multo plura Hesiodus, qui Coelum et Terram statim post Chaos natos dicit et duodecim, aut undecim secundum alios, procreasse liberos, sex quidem pueros et quinque puellas. Illos vocat *Oceanum, Coeum, Chrium, Hyperionem, Japetum, Cronum* filiasque *Thyam, Rheam, Themidem, Mnemonsynen* atque *Thetidem.*"

Manifestum est, haec conflata esse ex utraque cosmogonia, vulgari Orphica apud Damascium et quam servavit Athenagoras. Ex hac enim est *Mundus chaoticus ovi* forma, unde nascitur *Phanes,* lucis deus, qui ex illa est; attamen quod vidimus, idem factus in Orphicis cum Hercule Sole, qui apud Athenagoram progignitur ex eodem mundo ovali. Hos sine auctore est in Clementis cosmogonia, in Athenagorea autem progenitum ex Hercule Sole, sed falso, ut vidi-

vidimus. Deinde Phanes in illa producit Coelum et Terram, disjunctione facta elementorum p. 145. aut mediis Substantia, Motu, Prudentia et Coitu p. 140. qui ex recentiorum philosophia desumti (ubi sunt οὐσία, κίνησις, νοῦς et φιλία) et personis induti sunt ab Orphico, et idem enunciant ac elementorum disjunctio. Non alia vult Athenagorea, quando Sole nato Coelum et Terram ex ovo prodiisse ponit. vid. supra. — Chaos denique infinitum est philosophorum ἄπειρον et quatenus commixtum dicitur ex humore, siccitate, frigidis et calidis, debetur Empedocli, quem secutus etiam Ovidius est.

Quae deinceps sequitur deorum generatio inde ab Urano et Terra p. 140., incertum, utrum tribuere voluerit Orpheo, an Hesiodo, an utrique, cum de sapientioribus in universum disserat priore eo loco. Utique eae fabulae sunt Hesiodeae, sed corruptissimae eae et vitiosiores, quam alii easdem exhibuerunt Orphici. Altero vero loco p. 145. expressis verbis disjunxit auctor cosmogoniam Orphei a Theogonicis Hesiodi, quae initium capiunt ab Urani generatione.

Cosmogonia quarta.

Quae est apud Cedrenum historiar. compend. p. 46. ed. Basil. Malalam Chronograph. IV. p. 29. ed. Venet. et Suidam voc. Ὀρφεύς, quorum primus uterque auctorem *Timotheum Chronographum* nominant, addito et hujus fonte, libro scilicet Orphico: θεογονία καὶ κόσμου κτίσις καὶ ἀνθρώπων πλαστουργία.

„Mundo rerum primordiis datus est *aether*, a deo creatus. Ab utraque Ätheris parte (ἐντεῦθεν κἀκεῖθεν τοῦ αἰθέρος) Chaos erat et obscura nox tegebat omnia, quae sub Äthere erant. Quo Noctis vetustatem indicare voluit Orpheus. Inducit porro idem ut *summum* et *primum, quod mente capi non possit,* omnium *creatorem,* aetheris et quae sub aethere erant. *Terra* adhuc

sepulta jacet tenebris, donec *lux* perrumpit *aetherem* et universam rerum naturam illustrat. Haec vero lux idem illud *summum* est, cui nomen indit Μῆτις, (i. e. Βουλὴ,) Φῶς et Ζωὴ (ap. Suid. ζωοδότης) eaque *tria unum* esse dicit, nimirum deum *invisum*, quem nemo unquam vidit, cujus speciem ac naturam nemo cognovit, cujus vi omnia facta sunt, visa et invisa, quae corpus habent et quae sine corpore sunt, Sol, Luna et Stellae, Terra et Mare, quaeque in omnibus degunt atque versantur, visa et invisa. Hominum vero genus ab eodem deo sicut Moses ex gleba conditum et anima rationali instructum esse prodit."

Quis vero dubitet, haec Orpheo esse supposita a Christiano, eoque illius temporis, quo inceperunt homines Christiani in Gentilium historia mythica caeterisque fabulis olfacere Bibliorum narrata et dogmata, eaque modo corrupta et perversa esse auctore diabolo, sibi aliisque persuadere: quo nimirum ipsos olim Paganos justae dei cognitionis fuisse participes eaque a Deo vel ipsos donatos declarare volebant. Inde misera historiographorum conamina, quale est Cedreni et aliorum, indeque inconditum opus, quod tribuitur Sanchuniatoni. Imo rem eo usque processisse probari potest, pia fraude poetis novos versus aliisque alia supposuisse Christianos. Ita, inquam, nostrae cosmogoniae auctor e bibliis mutuata attribuit Orpheo, atque ut saperent Orpheum, caetera retinuit ex cosmogonia Orphicorum *vulgari*, quae apud Damasc. est, et in nexu posuit cum illis. Itaque retinuit quidem Phanetem, orphicum δημιουργὸν, qui lucem infert naturae, sed ita ut faceret eum Christianorum Deum *invisum*, *tribus personis compositum* et tamen *triunum*, personas vero illas ζωὴν, φῶς et Μῆτιν adoptans, quas Evangelium Johannis .I 1. seqq. tribuit deo creatori, modo ut pro λόγῳ (ratione) poneret Μῆτιν, quo major esset Phanetis et Dei consensus. Nam Metidem Amoris fuisse epitheton supra vidimus. Super Orphica quidem vulgari, inquam, struxit fraudem Christianus, sed illa, ut immutata jam erat ab ipsis Orphicis. Nam deprehendimus δημιουργὸν ἁπάντων una cum Nocte, (pro qua in vulgari Damascii Erebus) illi suadente, ut omnia aethere circumdet et in medio ponat coelum: quae assimillima sunt nostrae suppositae notionibus. cf. Procl. II. p. 96. 2. Δημιουργὸν autem esse Phanetem declarat alter ejusdem locus, ubi *Nox* initio rerum regnasse dicitur cum *Phanete*, item Hermias fragm. ined. Gesn., ubi una sunt Nox et Phanes.

De

De mythis ex etymologia natis apud Graecos et Hebraeos.

Ampli usus est in historiis Graecorum mythicis exponendis et intelligendis, quod de illarum veritate et probabilitate tum alii tum maxime sensit Celeb. Heynius, enimvero, quae fabulosam miraculosamque speciem habeant, nihilominus veritatis et factorum fundum continere neque tota esse poetarum aliorumve figmenta et lusus, quod olim perperam judicarunt Mythologi, ut Vossius, Huetus et Alexander Croesius de Orpheo, quem nunquam exstitisse prodiderunt meramque esse fabularum personam. Utique nunc nemo dubitat, quin mythis, qui res gestas Graecorum aetatis mythicae complectuntur, fidei aliquid historicae debeatur iisque fundus insit historicus, qui vero, cum diu litteris nihil mandatum sit, multis modis variatus, auctus, exornatus atque exaggeratus est, partim in ipso priscorum hominum tradentium ore, quorum ingenium per se ad mira et miraculosa proclive, maxime id esse debebat in majorum et suae gentis heroum rebus gestis ad posteros propagandis, partim vero deinde a poetis, ab historicorum conjecturis et a posterorum vanitate.

Enimvero hoc observare licet in fabularum genere satis copioso, quae ipsae quidem, ut sunt, fictae et e nominibus rerum et personarum petitae sunt, at omnibus et singulis rerum momentis, quae complectuntur, non inventis et excogitatis ab earum auctoribus, sed his suppeditatis ab antiqua historia aut aliunde, ita ut nata sint figmenta ex traditionibus, et *fabulae* structae super *mythis.* Idem ecce contigit in plurimis narrationibus fabulosis, quae complectuntur metamorphoses, ut, inquam, earum auctoribus locum, personam atque rem gestam jam obtulerit historia mythica, ipsis tantum annectentibus metamorphosin, e nomine aut aliunde petitam. Iam si illorum mythorum, qui etymis debentur, auctores quaeras, in his maxime numeres ipsos historiarum scriptores, quorum antiquiores res gestas populorum ab aetate heroica incepisse constat. In primis, si quis popularem historiam componeret, a nominibus urbium, heroum aliarumque rerum ad ejusmodi narratiunculas a vanitate ductum esse credibile est; id quod, si privatas hodiernarum urbium maxime imperialium chronographias evolvas, in horum quoque auctoribus locum habere observabis. Quid? quod etiam locorum accolae, pastorum desidia et otiosi homines interdum haeserunt in loci, urbis, vici alicujus nominibus, et si quid ibi vel a deo vel ab heroe aut majorum ali-

quo

quo factum et gestum esse meminissent, inde nominis petierunt originem, nova narratione super prisca traditione structa? Sacerdotes, si interesse poterat, id saepiusnumero fecisse manifestum est, ut de Grammaticis et fabularum interpretibus taceam.

Et quod apud Graecos factum est et ubique fere locorum fieri debuit, idem ecce Hebraeis aut Hebraeorum scriptoribus contigit, ut, inquam, eorum historiae multas contineant narrationes, quas duce etymo compositas esse apparet, utique ex veris de majoribus eorumque rebus gestis narrationibus. Exempla, quae afferam, docebunt, sed praecedant aliqua ex Graecis.

Primo inserviat exemplo narratio apud Ephesios vulgata, ea vero valde absurda, et quae nata e sacerdotum conjecturis videtur. Nimirum ad Lyssum, montem Ephesium, fuit cultus Apollinis cognomiae Γυπαιεως, quod quis sciat unde ortum sit, sed explicatum ivit sive sacerdos sive alius, et composuit narratiunculam, acuminis monstrum, nihil forsan aliud ad componendum in auxilium vocans, quam forte hoc, quod pastor quondam dives in montis cacumine aram Apollini Γυπαιει posuisse proditus erat in sacris dei monumentis. Duo enim pastores, fabulatus est, sub monte pascentes, apum viso examine in profunda specu, unus ut demitteret corbi, alter ut demitteretur, convenisse. Demissus in spelunca pro melle invenit aurum, quod corbi injectum alterum sursum trahere jussit, idque repetitis vicibus factum. Postremo se ipsum retrahere clamavit, sed praesentiens, dolosum forsan socium sese praecipitaturum esse corbi insidentem, ut solus thesauro potiretur, sui loco magnum corbi imposuit lapidem. Evenit suspicio, socius alterum corbi insidere opinans, remisit cordam et ita necatum esse socium credens cum thesauro abiit. Is quidem in vita servatus non habuit tamen, quomodo ex spelunca evaderet, et necessitate pressus tandem invocavit *Apollinem*, qui, se ut lapide acuto vulneret, suadet. Quo facto vulnus ulceratum putere coepit et allexit *vultures*, qui unguibus pastorem tamquam praedam sustulerunt in altum. Ita servatus in jus vocat socium, qui condemnatus est, ut unam thesauri partem socio, alteram Apollini sacram concederet.

Prae aliis vero, quo pacto nominis causa explicandi antiqua historia et mythis usi sint historici aut Grammatici, manifestum est ex narrationibus de origine

gine nominis *Andantri.* Nam id quidem conjecturantium commentum est, urbem ita appellatam esse, quod *Pelasgis* data sit λύτρον pro *Ascanio* captivo (ἀντὶ ἑνὸς ἀνδρὸς), sed ipsam rem maxima parte dedit historia: Pelasgos enim Antandrum incoluisse notum ex Strabone et Herodoto, sicut Ascanii ditionem in eadem fuisse regione, sub Ida in Dascalytide, ex Dionys. Halic. et aliis. Similiter alter historiographus aut Grammaticus usus est nota de Graecorum pugna cum Polydoro narratione, atque urbem appellatam prodidit, quod data Graecis sit a Priamo pro capto filio, (adeo iterum ἀντὶ ἀνδρός.)

Nonne etiam valde credibile est, advenas quidem Cadmeos, ut pluribus Boeotiae locis, ita et in urbe *Mycalesso* olim consedisse, sed narrationem tamen de vacca, quam secutus sit Cadmus, oraculo jussus, ut ubi mugitura sit, consideret, totam e nomine urbis (μυκᾶν) esse petitam? Nam facta et res gestas ex nominibus fingebant, ut haec possent derivare ex illis, a) Non dubitaveris saltem, de oraculi Branchidarum conditoris matre quae produntur, eam nempe cum gravida fuerit, vidisse Solem faucibus intrantem utero egredi, merum idque jejunum esse commentum ex nomine *Branchi*, quod fauces significat. Sol autem vocatus est in eam narrationem, quod erat idem cum Apolline, cujus et Amasius et oraculi antistes fuit Branchus. Et quid aliud *Martem* fecit patrem *Romuli* quam ipsius nominis derivatio a ῥώμη b)? Porro apud Lindios nomen arae βουζυγόν, in qua Herculi sacrificabant duo boves cum exsecrationibus, causa fuit, ut huc vocarent fabulam de Hercule duorum boum raptore, quae ad Dryopes pertinebat. Nec non mythus de hominibus e Pyrrhae lapidibus natis ortus est ex similitudine vocum λᾶς et λαός, jam notante Heynio, sed praecedente forsan antiquiore, qui Thessalos αὐτόχθονας, ex ipsa terra sive lapidibus Thessaliae (quae antiquo nomine *Pyrrha* vocata est Schol. ad Apollon. II. 1089 ex Rhiano et Strab. IX. 676.) oriundos fuisse tradiderat. Item hoc satis constat, narrationem de navibus Trojano-

a) Narrationis auctor commentum accommodasse videtur ad notum de Änea mythum, quo ille suem sequi ibique jubetur considere, ubi sus paritura sit.

b) Nam a Graecis scriptoribus Magnae Graeciae, quos Romanis historiographis praecipuos fuisse auctores super rebus Italicis constat, mythum eum conditum esse credibile est.

janorum aut Graecorum Troja redeuntium accensis a mulieribus nisi prorsus inventam, tamen huc vel illuc translatam esse, ubi loci nomen illi casui respondere cuique videbatur, ad *Naethum* (ναῦς αἴθειν) fluvium, ad *Cajetam* promontorium (καίειν) ad *Cremisum* flumen (cremare), denique ad Pallenen, quae et Phlegra (φλέγειν) sicut nomen fecit, ut Äthylla captiva incensionis causa fuisse diceretur. Tandem nomini insulae Anaphes (ab ἀναφαίνω) et Apollinis Ägletae, ibi culti, debentur, quae de Argonautis ad eam insulam appulsis narrata sunt apud Cononem, ex quo plurima illorum exemplorum desumsi.

Jam ad Hebraeorum historiam pergam. In promtu est de *maxilla asini* narratio, e qua fons miraculo prosiliens Simsoni sitim sedavisse dicitur. Debetur haud dubie nomini loci, celebris forsan a proelio Simsonis cum Palaestinis, quos asini maxilla persecutum esse tradebat antiqua historia. Est illud Ramath Lehi, quas voces narrationis auctor derivans a לְחִי (maxilla) et רָמַת (projecit), maxillam prodidit in illum locum a Simsone esse projectam, postquam mille Palaestinos ea occiderit. Deinde quae de fonte e maxilla prosiliente narravit, ipse ille dedit locus, ubi fons erat, et fontis nomen עֵין הַקּוֹרֵא (ab עין fons et קרא vocavit). Nam fons prosilit e maxilla, Deo a Simsone invocato, ut sitim sedet. Verum contra nominis loci etymum notabat collem *viridem* (utique a fonte illo, qui defluebat et irrigabat locum), a רום (altum esse) inde רָם altus, רָמָה locus altus religionibus inserviens (Nam Ethnici earum regionum in montibus colebant deos, quod ne imitarentur Iudaei, defenderat Jehovah.) רמות altitudo et a לָחַח humere, inde לח humidus, viridis, recens, quod aethiopice est לְחִי significatione *pulchri.* Hunc in censum veniunt etiam, quae de *Jacobi fraudibus* leguntur. Nam cum quaererent antiqui rerum Judaicarum scriptores, quomodo factum sit, ut Esavius, filiorum Isaaci quamvis major natu, quem adeo et primogeniturae jus et quae cum illo erant conjunctae, patris benedictio et in ejus bona successio, ad meliorem fortunam, quam Jacobum fratrem, evehere debuissent, ad Ethnicos sese contulerit et quasi ejectus et exul conditor evaserit Edomitarum gentis, interea dum frater natu minor et in patrias sedes et bona succedens auctor gentis Judaeorum numerosissimae factus sit, qui hoc aliter fieri potuisse credere debebant posteri, quam quod caruerit Esavius omnibus illis juribus atque patris benedictione, a qua totam filii fortunam pendere obtinuit

nuit opinio. Quo vero pacto potuerit carere, ut explicarent, cum in ipsis historiis nihil esset notatum, de fraudibus cogitaverunt Jacobi, cujus sane vel maxime interesse oportuisse cogitabant, ut fratrem iis juribus spoliaret, cum quotidie deberent ob oculos habere exempla invidiae juniorum fratrum in majores natu. Verum quod ex fraudibus nec aliunde exilii et miseriei Esavii causam petebant, suasit patriarchae nomen, quod est ab עקב (decipere). Iterum decipiendi rationem docuit Esavii nomen, notans *hirsutum* et sic nata est narratio de pelle caprina, certe in eo destituta acumine, quod colloquitur Jacobus cum patre coeco, et voce igitur dignosci poterat a fratre: deinde inventorem et interpretem hoc notat, quod *cavere* debet senex a *fraudibus* et pertentare filium, ut totum commentum locum habeat. Sed magis offendebat verosimilitudinis speciem, qui explicare studuit, quo pacto fratri primogenituram concesserit Esavius, nimirum pro lentium ferculo, quod esuriens appetierit ille. Atque is etiam ductus esse videtur ab etymologia, a nomine, puto, Edomitarum (ארֹאמים); ad quos primogenitura orbatus confugit. Nam lentium ferculum eadem radice (אדם) est, etsi nesciam, quod intervenerit tertium.

Ut igitur Jacobus, ita Lothus ab incestu vindicari potest, si ejus flagitium iterum tribuere velis interpretum acumini, quod fieri posse opinor. Constat enim Lothum haberi pro *Moabitarum* et *Ammonitarum* auctore, quod lingua mythica enunciavit, Moabem et Ammonem filios Lothi fuisse, ut apud Graecos: Hellenis filii Dorus et Äolus et similia in ipsa Noachidarum genealogia. Iam ex utriusque filii nomine conjecturavit vetus rerum Judaicarum indagator, procreatos fuisse ex filiarum amplexibus. Nam si memineris, *ipsam Lothi filiam* gnato natu majori nomen tribuisse: *Moab*, incidis facile in etymologiam אָב, *pater*, מְ, *ex*, *ex patre* (scil. meo) *gnatus*. מוֹאב autem per Syriasmum est pro מְאב.) Deinde altera filia cum minori natu Ammoni inderet nomen, quasi dicere volebat: hoc partu ego sum *mater mea* (filia et uxor patris) אמי, quod tanto verosimilius est voluisse interpretem, quod nomen torquet, h. l. Ammonem vocans עמי, qui ubique legitur עמון. Praeterea diversum A (א et ע) est in utraque voce, sed modo oculis, non auribus. Hae vero solae audiendae videbantur interpreti, aut videri debebant, si antiqua est etymologia et a litterarum experte profecta.

Quar-

Quartum exemplum fabulae quasi romanae de Mose aquae mandato et alia praetereo. Sunt plura narrationibus de Isaaci nomine, de Jacobi lucta cum Angelo etc.

Locus Ciceronis

Nat. Deor. I. 38.

de

Orpheo.

Celebris ille locus eo est, quod *Aristotelem* prodit *docuisse, nunquam fuisse Orpheum:* etsi alios ex eo sensus extorquere quidam voluerunt. Unicus vero ille manet verus et justissimus: quod nunc probabimus.

Ciceronis verba sunt: „Orpheum poetam Aristoteles docet nunquam fuisse et hoc Orphicum carmen ferunt cujusdam fuisse Cercopis. At Orpheus, id est, imago ejus, ut vos vultis, in animum meum saepe incurrit." Quae sane recte intellexit Mosheim ad Cudworthi systema intellectuale cap. 4. §. 7. Deinde vero Mich. *Hanovius* interpretatus est, Aristotelem non docuisse, nullum omnino fuisse Orpheum, sed Orpheum, qui fuerit, non fuisse poetam: hactenus, dicens, aptissima esse verba, quae addiderit Cotta: *et hoc Orphicum carmen Pythagorei* etc. vid. in Disquisit. philos. argument. Analecta de Orpheo p. 337. Sed ipse jam monere debuit contra eam interpretationem, Ciceronem, hoc si voluisset, dicere oportuisse: *Orpheum Aristoteles docet nunquam fuisse poetam.* At gravior causa vetat illo modo interpretari.

Namque Cotta, disputans contra Democriti placitum de imaginibus, quae autem, inquit, vestrae imagines aut unde? Omnium in animum meum incidere possunt imagines, Homeri, Archilochi, Romuli, Numae, an vero ex forma, quá illi viri fuerunt? Sin minus, quid horum virorum imagines appellentur? Et

Et nisi horum appellari debent, quorumnas aliorum sunt? Porro Orpheum docet Aristoteles nunquam fuisse, et tamen saepe ejus imago in animum incurrit: Nonne igitur, cum non respondeat certae alicui formae, aliam ego, aliam tu potes habere illius imaginem? Ita capere licet imagines, quae nunquam fuerunt et esse potuerunt, ut Scyllae et Chimaerae, aut quas nunquam vidimus. Omnes sunt nugae.

Manifestum igitur, Cottam Orpheo pro exemplo uti rei, quae nunquam fuit, cujus tamen imaginem capere animus potest. Ergo si Orpheum non fuisse poetam Aristotelem voluisse credidisset Cotta, exemplo hoc uti non potuisset. Nam ita imago erat personae, quae exstiterat, quamvis illa non fuerat poeta. Ne dicas, si Orpheus exemplum valeat personae, quae non fuit, sequentia repetitionem continere: „at Orpheus, id est, imago ejus, ut vos vultis, in animum meum saepe incurrit. Quid quod ejusdem hominis in meum aliae, aliae in tuum? *quid, quod earum rerum, quae nunquam omnino fuerunt neque esse potuerunt, ut Scyllae, ut Chimaerae?* Nam haec diversa enunciant: utique quod Orpheus erat exemplum rei, quae non fuit, at *fuisse potest*, jam vero vult res, quae non fuerunt *neque esse potuerunt*, ut Chimaera. Denique si velis sequi Hanovium et intelligere Cottam: imago mihi est Orphei *ut poetae*, docente quamvis Aristotele, poetam non fuisse Orpheum, in sequentibus: *at Orpheus*, desideratur ἀκρίβεια, ipsumque exemplum male se haberet.

Eodem fere, quo Hanovii, redit *Fabricii* interpretatio: „*nunquam poetam* fuisse *Orphei nomine* Quae verba, inquit, non ita intelligenda sunt, ac si nullus unquam fuerit Orpheus, sed *quod nullus fuerit poeta eo nomine*“ Biblioth. Graec. T. I. lib. I. 18., ergo quod poeta ejus nominis (serior), auctor carminis, adoptaverit Orphei nomen. Idem vult *Tiedemannus* (erste Philos. Gr. p. 4. et 7.) quamvis distinxerit suam a Fabricii interpretatione, errore confusa cum Hanoviana. Nam Orpheum hunc, quem nunquam exstitisse docuerit Aristoteles, non antiquum illum censet esse ἀοιδὸν, sed seriorem poetam, qui nomen Thracici adoptaverit, *Ciconaeum*, inquit, aut *Crotoniaticum dictum Orpheum. Fuit* igitur poeta, cujus imaginem habet Cotta, sed falso Orphei nomine, ergo haec tamen est imago personae, quae exstitit. Nihilominus Aristoteles et ipsum hunc poetam seriorem unquam fuisse debet negavisse, si sequeris illam interpretationem, quippe quae sensum efficit hunc: *docuit Aristoteles, Orpheum*

poetam i. e. poetam illum seriorem Orpheum, cujus carmen tibi ob oculos jacet, *nunquam fuisse.* Verum nihil aliud, si Orpheus intelligendus est serior poeta pseudonymus, poterat negasse Aristoteles, quam poetam eum seriorem nunquam ita appellatum fuisse, ut vulgo appellaretur, nimirum Orphei nomine, id quod et verba non dant, et obest disputationi Cottae, quae est contra imagines personarum et rerum, quas vel non vidit, vel quae non existunt aut existere non possunt, neque contra pseudonymiam.

Persistendum igitur est in Moshemii explicatione simplicissima et verissima et sic vox *poetam,* quae additur Orpheo, sine vi est in loci *sensum,* verbis tantummodo meliorem *numerum* dans, quam si essent: Orpheum Aristoteles docet nunquam fuisse. Sequentia autem: et hoc Orphicum carmen etc. ideo adjecta sunt, ne hoc carmen, (i. e. δεικτικῶς, quod jacebat ob oculos) tamen profitens Orpheum, incassum redderet, quod Aristoteles disputaverat, atque adeo ne Cotta exemplum personae, quae non fuerit, elegisse videretur, quod afferre non debuisset et contra quod poterat moneri.

Caeterum an Ciceroni sit credendum, an recte legerit Aristotelem, quaerere non attinet, neque vero effici potest. In ipsis scriptis Aristoteleis, quae exstant, nihil aliud monet philosophus, quam ἔπη Ὀρφικὰ esse falsa et supposita. Item *Philoponus* interpres ex libro philosophi deperdito περὶ φιλοσοφίας simile affert judicium de scriptis Orphicis.

De Thracibus religionum auctoribus.

Scriptores primum seriores sunt, qui a *Thracibus* derivant primas Graecorum religiones deorumque cultum, nominis, credo, etymologia a θρησκεία nixi. Et quoniam Orpheus ferorum popularium mores domuisse atque inter eos condidisse mysteria certique deorum, maxime Bacchi, cultus auctor fuisse dicebatur, religionum origo deinde rediit ad illum.

Nimi-

Nimirum θρησκείαν vocem petebant a Θρᾷξ ion. Θρὴξ, σ forsan inferentes ex foem. Θρῆσσα aut ex Θρήισκος, qui est Boreas Graecis e Thracia flans. Ea vero vox, nisi fallor, significatu principe designabat *superstitionem* et Θρησκος *supersitiosum hominem, timidum, spectra timentem*, Hesych. quidem v. Θρεσκος (de ε pro η vid. Canin. de Hellenismo p. 29.) περιττος, δεισιδαίμων, v. Θρέσκη, ἁγνὴ, πάντα εὐλαβουμένη i. e. superstitiosa, quae cavet ne non ἁγνὴ sit et polluatur tactis aut conspectis cadaveribus, qualem hominem perstringit Theophrastus in ipso δεισιδαίμονι. Quatenus vero timidi ii homines expiatoriis et religionibus superfluis perpetuo usi sunt, ut Theophrasteus v. c. lauro, inde Hesych. supra: περιττὸς, et Plutarch. Alex. p. 665. ἀφ᾽ ὧν δοκεῖ καὶ τὸ θρησκεύειν ὄνομα ταῖς κατακόροις γενέσθαι καὶ περιέργοις ἱερουργίαις. Porro Hesych. θρῆσκος, ἑτερόδοξος, v. θρέξατο (ubi iterum ε) ἐφυλάξατο, ἐσεβάσθη. Item Etymol. M. Θρῆσκος ἑτερόδοξος. Quare vocabulum cognatum videtur cum θράττειν, quod est ταράσσειν Suid. cf. Hesych. Θραχθεὶς ταραχθεὶς atque ortum e verbo aliquo *videndi*, quod exprimebat *s'imaginer*, conspicere sibi videri, aut simile quid. Nam est ἀθρεῖν (ε non obest, ut vidimus), Hesych. θρήσκω, νοῶ, unde θράσκειν, ἀναμιμνήσκειν, ap. eund. θρώσκω idem ex Callistrato, qui ἀντὶ τοῦ αἰσθάνομαι νῦν κεῖσθαι aut secundum alios ἀντὶ τοῦ ὁρᾷν dictum esse docuit. Simile quid Suidae in mente fuisse videtur, cum scriberet: θρησκεύειν — ἢ ἀπὸ τοῦ θεὸν δερκεύειν, ὅ ἐστιν ὁρᾷν.

Quoniam vero superstitiosi religionibus expiatoriis contra μιάσματα et spectra utebantur, inde θρησκεύειν se expiare, et omnino religiones deique cultum exercere. Hesych. Θρησκεία σέβασμα, v. θρησκεύει σεβίζει, θεραπεύει ὑπερήτει, τῷ θεῷ λατρεύει, v. θρεξατο ἐσεβάσθη, v. ἐθρήσκευον, ἐντιμῶς ἐσέβοντο, v. θρησκεία, λατρεια. cf. Suid. v. θρησκεύει et Etymol. v. θρήσκος. Sed, quod ego scio, apud antiquiores scriptores non occurrit vox θρησκεια etc.

At primus tamen, quem novimus derivasse θρησκεύειν a θρᾷξ, de sola illius vocabuli origine a Thracibus disseruit, nimirum Plutarchus l. c. Locus est de ritibus et religionibus mulierum Thracicarum, quas similes exercere dicit ac aliae ἔνοχοι in Orphicis et Bacchicis: πολλὰ ταῖς Ἠδωνίσιν, inquit, καὶ ταῖς περὶ τὸν Αἷμον Θρῃσσαῖς ὁμόια δρῶσιν, ἀφ᾽ ὧν δοκεῖ καὶ τὸ θρησκεύειν κ. τ. λ. Idem fere Gregor. Naz. XXIX. p. 626. οὐδὲ Θρᾳκων ὄργια, παρ᾽ ὧν καὶ τὸ θρησκεύειν. Quae verba laudat Etymolog., quod moneo, ne ejus Θεόλογον antiquiorem putes. Sed audaciores fuerunt aetate inferiores. vid. Etymol. θρῆσκος, ἐκ τοῦ Θρᾴξ Θρᾳκὸς καὶ θρησκεία παρὰ

τὴν

τὴν τῶν Θρακῶν ἐπιμελείαν τὴν πρὸς τὸ θεῖον καὶ τὴν Ὄρφεως ἱερουργίαν. οὗτοι γὰρ πρῶτον ἐξεῦρον τὴν περὶ τὸ θεῖον ἔννοιαν. Suidas vero auctoritatem sequitur nescio superioris an inferioris Plutarcho: θρησκεύει, ὑπερητει τοῖς θεοῖς. λέγεται γὰρ ὡς Ὀρφεὺς Θρᾷξ πρῶτος ἐτεχνελόγησε τὰ Ἑλλήνων μυστηρία καὶ τὸ τιμᾷν θεὸν κάλεσαν θρησκεύειν ὡς Θρακίας οὔσης τῆς εὑρέσεως.

Quam seriorum scriptorum opinionem de Thracibus et Orpheo Graecorum deorum eorumve cultus auctoribus tanto facilius adoptaverunt recentiores, quod cultiores olim fuisse Thraces, maxime *Pieres*, voluerunt. vid. Hermanni Mythol. T. I. p. 140. II. p. 267. 234. Hartmanni Culturgeschichte Griechenl. T. I.; antea Herder. Ideen zur Geschichte der Menschh. At unde hoc appareat, nullum prosus vestigium est apud Veteres, contra Androtion Historiographus (ap. Älian. Var. Hist. VIII. 6.) omnia quae de Orpheo narrata essent, falsa esse debere prodiderat, quod inter populum tam barbarum tanti, quanti faciant, ingenii Vir natus fuisse non possit, quamvis ut ita elocutus sit, Thraces sui temporis movisse monere potes.

Musica quidem et *Musis* inter Thraces natls rem probari volunt, et hoc verum est. Thraces musices studio valde deditos fuisse oportet. Nam et laudat Conon narr. 44. φιλόμουσον γὰρ τὸ Θρᾳκῶν γενος. et ipsi mythi, qui de vi narrant, quam Orphei lyra in lapides, montes et arbores habuerit, testantur de vi, quam fecerit in ipsos Thraces. Sed ipsos populos maxime barbaros ad insaniam usque musicam amare, ex itinerariis compertum est, et multos totos díes nihil agere, quam saltare et canere. vid. etiam quae Heynius monet Opuscul. Acad. T. I. p. 167. et, quos laudat, Brown dissertation on the rise, union and power of poetry and Music. Condillac sur l'origine de connoissanees humaines. Vehementissime animadverterunt feros naturae homines commoveri a musica, neque id a symphoniis Mozarti, sed a tibia Scotica aut tympano ligneo, quae, ut insaniant, facere possunt. Quare si Thraces ita motos esse ab Orphei lyra, hoc inter magnos musicos illi locum nondum assignat, non magis quam quod *Midas* rex lyram ejus auditum venit. Conon Narrat. I. Wir finden, inquit Wielandus, daſs es allzeit unter noch rohen Menschen war, wo die Söhne des Musengottes jene groſsen Wunder thaten, wovon man noch immer spricht, ohne recht zu wissen, was man sagt. Die Wälder in Thracien tanzten zur Leier des Orpheus und die wilden Thiere schmiegten sich zu seinen Füſsen — nicht weil er ein

Halb-

Halbgott war, sondern weil die Thracier — Bären waren — nicht weil er übermenschlich sang, sondern weil seine Zuhörer wie bloſse Naturmenschen hörten, aus eben dem Grunde, wie nach Forsters Bericht die Schottische Sackpfeife die guten Seelen auf Tahiti in Entzücken setzte.

Ita cum pro quovis vivo motu externae naturae et internae, pro affectu igitur amoris, pro enthusiasmo prophetarum, pro bellico furore et poetico ponerent deum auctorem (cf. de Theog. Hes.), quantumvis imperfecta fuerit Thracum musica rudisque eorum sensus musicus, tamen inter eos *Musae* poterant *nasci*. Hae enim initio tantum erant deae *Musices*, qualiscunque ea fuit, et qui cum Musica semper erant conjuncti, *cantus* et *saltationis*, vel potius usque ad Homerum *unam* tantum *Musam* sine nomine fuisse credibile est. Deinde crevit numerus, at ita ut complecteretur tantum deas *musices* (Melpomenen), *cantus* (Polyhymniam) et *saltationis* (Terpsichoren) et si vis addere deam *cantilenarum amatoriarum* (Erato). Posteaquam ex cantu, musica et saltatione in festis nata sunt prima *dramata*, et his Musae constitutae sunt duae: et quoniam et a navigatoribus et ab agricolis jam antiquitus prima et rudis aliqua siderum contemplatio instituta fuerat, omnia vero, quae edocebantur, memoriae mandabantur et discebantur, carminibus tradita erant, inter Musas etiam *Urania* locum habuit. Ita *Clio*, quia majorum facta initio versibus docebantur posteros. Sed haec omnia posterius accesserunt, Musae aut Musa antiquissimis Graeciae incolis non erant nisi sociae hilaritatis naturae hominum, in festis canentium et saltantium. Quare si jam fuerunt inter Thraces, nec horum sensum cultiorem probant, neque hi rudes earum veneratores ipsas faciunt *doctas*.

De Theogonia Hesiodea.

Quod inter tot populos et orbis antiqui et hodierni factum est, ut rudia quamvis et inculta hominum ingenia de primis rerum originibus et principiis

cipiis jam cogitaverint et philosophemata protulerint cosmogonica quantumvis ea rudia et incondita atque ab omnibus rationibus philosophicis et physicis aliena, id maxime apud antiquissimos Graecos locum habuit. Multos sane mythos cosmogonicos aetatem eorum mythicam protulisse oportet atque, cum omnia cultioris ingenii initia in poetarum vel potius ἀοιδῶν manibus essent, multa habuisse carmina, quae rerum generatarum historiam exposuerunt, tametsi qui serius in hominum manibus erant, libri cosmogonici *Thamyrae, Orphei* et *Eumolpi* et *Lini,* ne umbrae quidem fuerint deperditorum carminum. E poetarum deinde manibus quaestiones cosmogonicae venerunt ad philosophos principes, inde a Pherecyde Syrio, neque hanc solum primam materiam primumque caput, quod per longum tempus praecipue multique eorum, ut videtur, *unice* absolvebant, receperat philosophia a poësi, sed et ipsam retinuit ejus enarrandi et exponendi rationem mythicam, linguam atque prosopopoeias, imo ipsam poesin. Namque Xenophanes, Parmenides aliique cogitata sua et placita enunciaverunt versibus: distinguuntur modo omnium fere philosophemata ab antiquis poetarum, ut pro generationum historia dederint quaestiones de primis rerum elementis, pro cosmogonia cosmophysicam.

Jam valde probabile est, ex illa poetarum aetate et hodie nobis superesse reliquias antiqui alicujus ἀοιδοῦ, servatas nimirum in *Theogonia Hesiodea.* Saltim hoc pro certo haberi potest, ejus carminis argumentum multo Hesiodo antiquius fuisse, quoquo ille tempore vixit. Ipsum enim hunc poetam jam alienum fuisse a vero multorum mythorum sensu, iisque non multo melius ab ipso, quam postea a Rhapsodis, intellectis, alium saepe dedisse colorem et tenorem, atque ornamentis et additamentis aliter eos edidisse, quam factum esset, si genuinam mythorum naturam et indolem potuisset perspicere, facile animadversu est et recte observatum a *Heynio.* a) cf. infra. Iam quis antiquus ille poeta fuerit, auctor philosophematis, quam longe hoc recedat in aetatem mythicam et poeticam, nemo sciat. De Orpheo non cogites cum Tiedemanno. Saltem Homerum aetate superat. (cf. infra.) Quid vero?

a) Comment. Soc. Goett. de theog. Hesiod. p. 135. Quid? quod mihi admodum probabile fit, poetam a multorum mythorum, qui notiones physicas complectuntur, sensu et intelligentia fuisse alienum, saltem de fabularum causis non cogitasse.

vero? quod multis visum est, non unius ejusdemque antiqui poetae cogitata per totam Hesiodi theogoniam continuari et perduci, sed singular philosophematis partes a poeta e diversis eollectas et in unum carmen esse congestas, idque poeticum tantum neque etiam philosophicum exhibere *totum*, ut dicere liceat. Placuit hoc Heynio, b) Hermanno b) et aliis, at ita se habere, mihi non potui persuadere. Utique non agnoscere non potui unum aliquod idemque antiquius philosophema, ab uno eodemque poeta antiquo profectum, id modo multis additamentis auctum et interruptum, sive ab Hesiodo sive a rhapsodis, qui tamen, cum sensus mythorum genuini intelligentia carerent, se turbare illud intelligere non potuerunt. Qam sententiam si proferam nunc in medium ad eamque disputationem hanc de sensu theogoniae Hesiodeae instituam, ne plus audeam, quam plurimi eorum, qui copiosi disseruerunt de illo carmine, vix vereri debeo. Audacissimi enim inter illos fuere atque, ubi solae valent conjecturae, posterius quae veniunt, timidiores reddi a prioribus observatum est. Praetermitto autem frequentis numeri scriptorum opiniones de sensu theogoniae, quibus omnibus facile careat, qui praeclara Heynii opera utitur, si vis excipere de la *Barrii* commentationem. Caeteros me evolvisse poenitet. Sed antequam ipse carmen exponere adgredior, quaedam praemonere liceat.

Primo constat, antiquissimis Graecis universam naturam singulasque naturae partes vita animaque visas esse praeditas, et ubique a daemonibus incolis occupatas. Ubicunque enim videbat *motum*, ibi vitam constituebat rude hominum ingenium, ubi vitam ibi *vivum* aliquod, quod θεὸν appellabat aut τὸ θεῖον: quare

b) l. c. p. 134. 136. 154. Herm. comp. Mythol. T. I. p. 27. Apponere liceat Hermanni verba de cosmogoniae principio: Hesiod hat vier Grundursachen aller Dinge. Indessen scheint er hier gar nicht philosophischer Dichter zu seyn, sondern blos Dichter, der seine Ideen aus mehrern ältern philos. Dichtern, deren jeder über die Entstehung der Dinge sein eignes System hatte, sammlete, sie unter einander verband und ohne alle Rücksicht auf Philosophie, blos zum Vergnügen, in seiner Manier bearbeitete. Denn einige ältere Dichter leiteten alles aus dem Chaos her, andere vereinigten mit dem Chaos noch die Nacht, den Erebus und den Tartarus, ohne die Erde zu erwähnen, noch andere liefsen aus dem Chaos die Erde und den Himmel entstehen, alles übrige aber durch den Amor vollenden. — Sed quis novit illos poetas? An sunt Orphici illi, quos vidimus?

quare rectissime in Cratylo θεὸς derivatur a θέειν. Arbores igitur, flumina, montes, prata fontesque non sola illis *corpora* videbantur absque anima et sensu, sed omnia credebant inculta a personis divinis, quibus tribuebant omnia in illis eventa et phaenomena, eorumque vitae, quod motus, efficacitatis et virium conspiciebatur, ut adeo illae moverent undas, agitarent nubes, omnino dirigere et agere crederentur in unaquaque naturae parte, quae nostro jam sensui a *legibus* naturae *physicis* et *mechanicis* pendere videntur. Itaque coelestia corpora, quoniam mutare locum et moveri conspiciebantur, a deo currum equis junctum regente vecta per aërem visa sunt et retineri, quoties et equi et ipse deus fessi quiete indigerent: venti videbantur spiritus daemonum, quos post extremum terrae finitorem habitare credebant. Quare factum est, quoniam ubique natura vivebat, sentiebat, imo volebat et cogitabat, ut omnes in illa mutationes visae sint *actiones* vivorum daemonum sponte, ex arbitrio, voluntate et consiliis natae, quaeque uni naturae parti ab altera contingerent, daemonum erga daemones benevolentes aut malevolentes animi. Itaque cum universa natura *cogitans quid* esset simulque *divinum*, atque eorum hominum ingenium mentis facultates eximias atque prudentiam in nexu poneret cum facultate praesciendi futura, ac ubi illas animadverterat, ibi et hanc esse exspectaret et vice versa, a naturae mente divina sive daemonum ingenio, humano majore, futura se posse comperire opinati sunt illi homines ideoque ex naturae phaenomenis petierunt *omina*, velut prima auspicia ex avibus capta sunt, quia hominem incultum et arte, qua nidos construerent, et astu qua alimenta compararent atque evitarent hostes, adeoque ingenio antecellere videbantur, cum ille, quod in animalibus vocatur Kunsttrieb et caetera, quae instinctus dabant, cum ratione, consilio et prudentia non confundere et commutare non posset, accedente quidem vero multorum animalium tempestatis praesensu. Imo naturae homo, quem appellamus, ubique terrarum facile huc inclinavit, ut sola τὰ ἔξω ἀνθρώπου existimaret ὑπὲρ ἀνθρώπου, id quod tot populos ad animalium cultum, ad lapidum adeo, pellium ligni-que frustorum venerationem duxit.

Qui rudior hodiernarum barbararum gentium fetichismus, etsi nunquam inter Graecos fuisse videatur, tamen levior quidam et apud ipsos obtinuit, qui est idem ille naturae cultus. Sed vel is mox desiisse videtur. Etenim Graecorum dii antea naturae daemones partiumque ejus singularum incolae, arcte singulis suis his ditionibus et quasi imperiis adstricti atque in iis tantum culti ac con-

conspecti, mox separati sunt a naturae partibus, quas regere et incolere videbantur, extra illas agere et vivere, per se esse personae atque ita imperare diis et hominibus coeperunt, ut, quae agerent, non declararent phaenomena et eventa in illis, ut, inquam, ubique locorum efficaces se praeberent neque a ditionibus potestatem et efficacitatem vel mutuarent vel mutuatam in iis ipsis ostenderent. Quamobrem ex eo inde tempore multorum deorum, ut naturae daemonum, notio deleri et exstingui ex animis coepit et soli moralium aut civilium rerum antistites facti sunt, regesque vitae humanae pro rerum naturae gubernatoribus. Magnus deinde novorum deorum numerus processit, qui nunquam fuerunt naturae daemones, illeque numerus auctus est, prout augebantur vitae humanae artes et industria, aut antiquiorum saltem deorum vel muneribus et functionibus vel primum notionibus, quibus naturae daemones erant, illae additae sunt. Multis vero horum, mutata quamvis eorum numinis notione et significatione, mansit naturae sua pars et ditio antiquitus occupata.

Nihilominus tamen vel hinc inde novae rerum naturae ejusque partium et phaenomenorum prosopopoeiae sive personificationes factae et editae sunt, sed aliter ac olim. Antiquissimi utique Graeci naturam personis viventem revera conspexerant aut cogitaverant, omnesque ejus generis prosopopoeiae plus quam poetice exstiterant in mente illorum, ita ut falsum sit, quod prodiderunt mythorum interpretes, ejus aetatis homines, quoniam verbis propriis notionibusque abstractis indiguerint, ad personificationes *confugisse* et *elegisse* prosopa, ut enunciarent physica cogitata. Seriore contra tempore, si viva adhuc in scenam prodibat natura in fabulis, atque pro ipsa naturae parte memorabatur daemon aliquis aut persona, sola hoc poetica ratione factum esse apparet, ex poetarum quadam conventione, quae constituerat συμβολικὴν, artis opus et quae nunc imitabatur antiqua majorum symbola, quibus ut elocuti essent, exegerat ipsa naturam conspiciendi et cogitandi ratio. Iam vero qualem dicas symbolicen carmini Hesiodeo inesse, genuinam illam, quae nata e natura et indole mentis est, an seriorem hanc poeticam? Si me velis audire, poeticam esse credas, quantumvis antiquus fuerit philosophematis auctor.

Utracunque vero sit, natura *nascens* in cosmogonia non aliter vivit, agit et sentit poëtae, quam vivere, agere et sentire ipsi viderunt Graeci *natam*,

qua circumdati erant, atque omnes igitur mundi partes, quae prodeunt et gignuntur ex Chao, personae et dii sunt, qui *agere* dicuntur, quae nos evenire dicimus, *gignere*, quae fiunt unum post alterum, et *procreare*, tamquam pater et mater, nova mundi corpora, quae, quasi sint amplexuum pignora, in lucem prodeunt ut filii filiaeque, ut adeo mundus *se ipsamet* quasi *procreasse* dici debeat. Ita etiam fieri debuit, cum mundi corporum natorum series efficeret ea lingua deorum generatorum lineam, ut idem esset *Theogonia* ac *cosmogonia*. Sed altera tamen ratione inter utramque distinguendum est. Diversi enim dii sunt naturae illi daemones cosmogonici iique *cultus populi*, qui efficiunt *Jovis systema*, vera numina et inter Graecos antiquitus culta multoque philosophemate antiquiora. Complectitur nimirum et hos cosmogonia Hesiodea, ac in scenam producit, postquam rerum natura ex Chao emersit, omnibus mundi partibus eo perfectionis perductis et absolutis, ut nihil desit, nisi ut habeat deos, qui nunc absolutam rerum naturam regant et gubernent, quisque sua provincia, quam dudum addixerant religionis populi dogmata. Succedit igitur nunc mundi creationem deorum generatio, *cosmogoniam theogonia*, ita hac illi attexta, ut naturae daemones cosmogonici, cum itidem dii sint, atque quod posterius prodit ab antecedente aliquo genitum dicatur in cosmogoniis, deos religionis, Jovem cum fratribus et sororibus, procreare debeant: id quod neutiquam poterat offendere religiosas eorum hominum opiniones, cum multo ante de connubiis deorum dearumque narratum esset in mythis, ipsique Jovi larga proles adscripta: ergo ut genuerant filios filiasque, ita et ipsi geniti esse dici poterant: imo deorum patrem Cronum jam dedisse mythos populares credibile est. (cf. infra.) Ita vero inde a philosophematis tempore Graecorum dei sortiti sunt avos, proavos et majorum prosapiam, quam antea non habuerant in religione populi.

Quae si ita sunt, veterem cosmogoniam longe breviorem fuisse oportet atque aetati, qua excogitata est, sic magis consentaneam. Nihil autem credibilius, quam ipsam ejus loquendi et de rebus naturae exponendi rationem largioris tractationis copiam dedisse sequentium temporum hominibus. Fecerunt utique illae rerum naturalium prosopopoeiae, ut mox a vero poematis sensu aberraverint, omnesque eos daemones, quibus genitis naturam genitam fuisse voluerat poeta, pro veris diis habere debuerint, quoniam non aliter de eis quam de Jove, Neptuno caeterisque Graecorum diis locutus erat poeta, adeo-

adeoque etiam pro *antiquioribus* quam hi, quos Graecia adhuc colebat, cum eorum patres et avi essent in carmine. Quid igitur? quod debuerunt quaerere, quare neque Uranum nec Briareum, nec Gyen et Cottum, quare nec Phoeben nec Theiam deos deasque colimus, solique Jupiter et fratres cum sororibus, filiisque et filiabus imperium et Olympum teneat? Quod si quis quaerebat, facile incidit in hoc, ut unam deorum generationem alteram regno depulisse proderet, Cronum igitur cum fratribus Uranum, Jovemque similiter Cronum, atque, hac opinione in mythos cosmogonicos illata, philosophema immutatum eaque mutatione quamvis simplicissimo modo expositum est a *secundo* poeta, sive is fuit Hesiodus, sive aetate Hesiodo superior. Hinc igitur factum est, ut daemones illi cosmogonici, sicut religionis dii, appellati sint βασιλεῖς sive ἄνακτες· atque mundi imperium tenere dicti, filios timere, ne regno se privent, tyrannos agere in prolem, eoque ipso copiam dare, ut seditionem moverent filii. Talem igitur si vides in tertio deorum systemate, Jovis puto bellum contra Cronum et Titanes, nunc non jam confugere debes ad veterum interpretum explicationem allegoricam, quae Titanomachiam fecit elementorum pugnam et seditionem, etsi eo cosmogoniae momento rebus creandis finis jam sit impositus et absoluta omnia. Nullas quippe notiones physicas complectitur Titanum pugna, sed solummodo nunc de summo deorum principatu agi apparet.

Eidem porro illi de rebus physicis exponendi rationi mythicae alius quoque generis additamenta, quae mythos inferunt in philosophema alienos et saepenumero valde molestos, merito tribuas, quamvis, quae debeantur Hesiodo et quae rhapsodis, vix distinguas. Quippe cum utrique jam a sensu antiquorum mythorum alieni per totam theogoniam solam *deorum genitorum* enumerationem suspicarentur, facile iis potuit placere, ut si quos deorum, apud poetas vulgatorum, deesse viderent, his numerum illorum augerent et explerent, aut quoniam vereri non poterant, ne turbarent poematis tenorem et sensum, multos de genuinis deorum generationibus mythos copiosius exponerent, quam philosophematis ratio poscebat: ut fabulam de Hecate, nisi haec tota aliena erat. In alium vero censum veniunt, quae magis carminis quam philosophematis interpolata dicas, qualia sunt in Musarum invocatione, ad taedium usque producta a Rhapsodis, et aliud quod super centum complectitur versus, a nemine, quod miror, adhuc notatum. Utique

 mul-

multas mutationes, multa mala memorabile hoc poema passum esse, maxime, quod videtur, a rhapsodis, qui Platonis adhuc tempore id declamare solebant, levissimus docet conspectus. Neque etiam vestigia desunt, varias quasi ejus editiones fuisse apud ipsos Veteres. Jam denique ad philosophematis sensum explicandum progrediar.

I.

Nemo sane, qui Graecorum deorum naturam perspexit, exspectet, ab illius saltem temporis homine, ut deus aliquis totius conditorem mundi agat in historia cosmogonica, velut Hebraeorum Jehovah: quod ut fieret, Graeco homini non potuit in mentem venire. Eum vero locum explere poterat ipsa natura, quae vivebat atque se sibi ipsa creabat eo modo, ut dixi, quando prima data erat materia, Chaos, puto, inconditum, quod continebat omnium rerum gignendarum initia. At vereor, ne nostri poematis Chaos male intelligamus, nulla certe auctoritate nisi, si mundum indigestum jam in eo adfuisse dicimus. Hesiodi saltem verba nihil ejusmodi enunciant: c)

Ἤτοι μὲν πρώτιστα Χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα
Γαῖ' εὐρύστερνος κ. τ. λ.

Ne omnes quidem philosophi antiquiores utrum illo sensu ceperint Chaos, an alio, incertum est et ipsi Veteres disputant: multos non fecisse certum. Persequamur vocabuli notiones:

Primum apud *ipsum Hesiodum* notat *partem spatii obscuri et vacui*, quod sub Terra esse cogitabant Veteres Theog. 814. et 700, sicut apud Plat. Axioch.

c) Brevius ea exponere, quam par erat, Wolfius jam sensit: quod cadit in universum cosmogoniae initium. Nam multa loca a seriorum manibus esse contracta, videbimus infra, ut multa contra protracta sunt.

Axioch. ἄγονται πρὸς Ἐριννύων ἐπ' Ἔρεβος καὶ Χάος διὰ Ταρτάρου et Valer. Flacc. Argon. I. 831. II. 86. V. 96. VII. 402. cf. Virgil. Deinde *vacui* notionem complectebatur vocabulum. Nam Aristophanes, philosophiae Socraticae inanitatem et vanitatem irrisurus, inter tres ponit deos, quos Socratem venerari prodit: Nub. 423.

Ἄλλο τι δῆ νομιεῖς θεὸν οὐδένα, πλὴν ἅπερ ἡμεῖς τὸ Χάος τουτὶ καὶ τὰς Νεφέλας καὶ Γλῶτταν, τρία ταυτί,

et *Aërem* intelligit, recte monente Scholiasta. Nam Socrates in Aëre pendet eumque indigitat demonstrativo τουτί. Etiam v. 627. cum aëre synonymum est, cum jurentur philosophi per Chaos, per spiritum et per Aërem: μὰ τὴν Ἀναπνόην, μὰ τὸ Χάος, μὰ τὸν Ἀέρα, quae omnia idem volunt, nimirum inanitatem philosophorum. Adde aves 191, ubi itidem est pro aëre, in quo Aves urbem condere volunt:

Οὕτως ὅταν θύσωσιν ἄνθρωποι θεοῖς,
Ἢν μὴ φόρον φέρωσιν ὑμῖν οἱ θεοί,
Διὰ τῆς πόλεως τῆς ἀλλοτρίας καὶ τοῦ Χάους
Τῶν μηρίων τὴν κνίσσαν οὐ διαφρήσατε.

Quo loco Scholia laudant fragmentum *Ibici*: ποτᾶται δ' ἐν ἀλλοτρίῳ Χάει. Simmias denique Rhodius in Ala idem declarat:

πάνθ' ὅσα ἕρπει
δι' αἴθρας
Χάους τε.

Proinde Hesiodeum Chaos credi posset esse Epicureum, qui philosophus Chaos *Inane sine termino* dixit, nimirum *spatium obscurum* et *vacuum*, quod rerum initio fuerit, mundum futurum complexurum. Ita *locorum inferorum* Χάος, ut *pars inferior* prisci illius obscuri et inanis spatii, postquam terra in hoc medio posita erat, atque ita inferiore (obscuro) et superiore (claro, Coelo) hemisphaeriis effectis, ab antiqua sua origine *nomen retinuisse* apparet. d) Quomodo

d) *Chaos* autem et *Tartarus* olim singula eaque universalia locorum inferorum nomina fuisse videntur et postea demum, cum ex singulis Graeciae terris in unam eandem-

modo plurima philosophorum pars ceperit Chaos, nos fugere dixi, at ecce Sextus Empiricus idem illud spatium esse inane prodit, nec id auctoritate propria: φάσι γὰρ Χάος τὸν τόπον ἀπὸ τοῦ χωρητικὸν αὐτὸν εἶναι τῶν ἐν αὐτῷ γινομένων Pyrrh. Hyp. III. cap. 6. add. adv. Phys. lib. X. cap. I. p. 635. ἔστιν ἄρα καὶ τό, ἐν ᾧ τι γίγνεται, τουτέστιν ὁ τόπος, οἵ τε παλαιοὶ καὶ τὰ ὅλα διακοσμήσαντες ἀρχὴν τῶν παντῶν ὑπέθεντο τόπον. κἀντεῦθεν ὁρμηθεὰ, ὁ Ἡσίοδος ἀνεφώνησεν Χάος λέγων τὸν χωρητικὸν τῶν ὅλων τόπον. μὴ ὑποκειμένου γὰρ τούτου οὔτε ὕδωρ οὔτε τὰ λοῖπα τῶν στοιχείων οὐχ ὁ σύμπας κόσμος ἐδύνατο συστῆναι. Praeter hunc alius est ejusdem scriptoris locus, unde philosophos de Chaus Hesiodei natura ambignos fuisse manifestum est et hos quoque *locum antiquum* πρωτόγονον aut inane spatium intellexisse. Item Plato, cujus tamen ipsius locus mihi non in promtu est: dabo quae Schol. ad Hesiod. p. 240. referunt: Πλάτων Χάος πανδεχῆ φύσιν λέγει, δεῖ γὰρ τοπον ὑποστήσασθαι, ὃς δέχεται τοὺς εἰς αὐτὸν γεννωμένους. Vana caeterum Scholiastae derivatio παρὰ τὸ χεῖσθαι: verior est a χαίνω, qua denotat *hiatum;* quamobrem multi ut synonymo utuntur χάσματι ut in Orphicis Simplicius ad Arist. Physic. l. l. cf. Festus: *unitatem hiantem et in profundo patentem,* atque Tartarus (quocum Chaos synonymum esse vidimus) saepe χάσμα vocatur, etiam apud Hesiodum. Denique si ipso Hesiodi loco pro una alterave parte velis decidere, pro secunda interpretatione potius decidas. Namque si dicere voluisset, Chaos totius mundi partes continuisse, easque igitur ex illo natas, aliter sequentia proferre debuisset, quantumvis brevis voluit esse poeta, atque eadem brevitate potuisset: cf. Wolfii verba: Caetera, quae cum Chao appellantur, Terra, Tartara et Eros non sic intelligas, quasi unum ex altero vel *omnia ex primo Chao* progenita sint. Quod si hoc voluisset, certe aliter elocutus esset vates.

Ergo initium rerum sine prima foret materia, eaque igitur nunc demum deberet *nasci* in spatio vacuo et obscuro, sane absque auctore et conditore, quem dare non potuit Graecorum theologia. Neque hoc valde mirabile est, quoniam quarumque aetatum et terrarum homines, si ea de re aliquid ponere volunt, cum arbitrio quodam et absque ratione sufficiente decidere debeant,

eandemque confluxerint, denotasse eorum singulas partes. Attamen vel nunc pro locis inferis in universum dicuntur,

beant, quod decidunt, cum causarum finem non admittant mentis humanae leges et conditorum quidem poscant conditorem, sed hujus iterum auctorem. Itaque haec Graecorum cosmogonia non complecteretur *emanationis* (eine Entwikkelungsgeschichte) neque Hebraeorum mundi *creationis* historiam (Schöpfungsgeschichte), sed proderet quod dicas historiam *natorum* (eine Entstehungsgeschichte). Sed idem est, in explicandis sequentibus utro sensu capias Chaos, ego secundo capio.

Quod si mundus primo nascens expleturus erat spatium illud inane, quae mundi pars prima in Chaos prodire poterat et debebat alia, quam *Terrarum orbis?* utpote qui pro ejus temporis notionibus cosmologicis totum fere mundum efficiebat, atque in cosmogoniis igitur basin quasi reliquis debebat dare, quae gignenda et creanda erunt. Nam de majoribus aut aeque magnis in coelo mundis nulla adhuc notio erat: coelumque ipsum pro terrae tantum habebatur tegmine, cum ipsa terra undequaque finem habente. Illa igitur prima nascitur, utique medium occupans spatium inane, eoque hoc in duas dividens partes, quarum una hemisphaerium effecit *superius* (Coelum vacuumque sub eo spatium), altera *inferius*, quod idem vacuum, at obscurum, erat, *Tartara* puto, quorum ergo fundamenta pariter remota erant a terra, (quae orbis speciem habere credebatur: Erdscheibe) ac superioris hemisphaerii finis (coelum). cf. Theog. 720. et Homer. add. Apollodor. I. 2.: ubi notus locus de incude a Coelo in Terra, de Terra in Tartarum dejecta. Simulatque igitur Terra medium occupabat spatium inane, Tartara formari oportuit: quare *post* terram *nascuntur* loca infera v. 117 — 119., inter quae et terram quod medium erat vacuum et obscurum hemisphaerium, non solum ipsum magnitudine aequabat alterum superius a Terra usque ad Coelum, sed eorum etiam *solum* eadem amplitudine cogitari debebat, qua erat terrae superficies, cum omnes terrae incolas, ipsam post mortem iisdem ac in vita negotiis occupatos, caperet. Terra denique ipsa super Tartaro pendens columnis fulcita, in Tartarum fundo positis, cogitata esse videtur: de qua re alio loco.

Simul cum Terra et Tartaris nascitur *Eros* (v. 120. sqq.), minime ille Aphrodites filius, quamvis ornatus Hesiodi aliusve poeticus hunc jam prodat, verbis: πάντων τ' ἀνθρώπων. Amorem multos statuisse philosophos in rerum gignendarum initio, etsi diverso fere sensu ab Hesiodeo, supra monui. Qua vero

vero notione valeat hic, non difficile est conjectu. Nimirum cum, nata terra, omnium rerum gignendarum quasi scena nunc jam habeatur, atqui omnia, quae nascentur, actura sint personas et deos, satos unum ab altero, amante et amplectente deam deo, velut Jovem caeterosque deos Graeciae veros amare deasque amplecti jam ante philosophema tulerat opinio, amoribus et amplexibus, ut aliorum deorum atque hominum, ita horum daemonum cosmogonicorum antistitem et auctorem jam tribuere poetam oportuit. Universa igitur de rebus physicis eloquendi ratio poscebat Amorem in cosmogonia, at ita, quod videtur, ab Hesiodi auctore receptum, ut amorem in daemonum illorum corde excitandi vim minime denotaverit et declaraverit vim aliquam associandi et jungendi in materiam, tametsi haec eadem cum daemonibus sit: mimime igitur est allegoricum aliquod prosopon δυνάμεως physicae efficatricis in ὕλην, ut seriorum philosophorum Cupido, sed merus *deus* est, absque omni notione cosmophysica. Cupidine igitur nato, amplexuum et Amorum antistite, amores et connubia initium capiunt. Primo Chaos progignit *Erebum* et *Noctem* v. 124. Ille fuit persona *obscuritatis Tartarorum* (cf. infra), haec *nocturnae* supra terra, tamen, ut ille, habitans in locis inferis et inde quavis nocte prodiens post extremum terrae horizonta, quando Diei Dea, nocte incipiente, revertitur in unum idemque illud cubiculum, quod deseruit Nox desinente die. vid. 746. Utraque igitur persona a Chao progenita esse poterat dici, cum quasi reliquiae essent priscae obscuritatis spatii inanis, cujus pars fuerant et vel nunc manebant. Tartara, quorum obscuritatem notabat Erebus et Nox incola erat.

Deinde ad alterum, quod *supra* terra est, hemisphaerium progrediuntur generationes. Id obscurum adhuc, ut inferior antiqui Chaus pars, nunc primo luce perfunditur: nascitur *Hemere,* diei dea: praecipuum certe et primum, quod fieri potuit et debuit in locis superioribus, antequam reliqua excoli poterant. Quoniam praecedens in cosmogoniis pater est sequentis, a *Nocte* genita dicitur *dies,* qui sequi solet post illam; deinde, quoniam et dies habitat in locis inferis indeque prodire quovis mane credebatur, post extremum terrae finitorem progrediens, (vid. Theog. l. c.) ibi *natus* esse dici debebat et nunc primo mane inde progressus: quare Hemere filia et Noctis et Erebi est, utriusque hemisphaerii Obscuritatis. v. 124. At quo pacto Dies jam fieri potuerit, cum Sol nondum sit et post aliquot demum futurus sit generationes, si quis quaerat, Diem a Sole non pendere, ut quovis mane, ita primo visum esse Graecis orarum

mari-

maritimarum incolis, et hodiernis aliarum gentium ita videri cogitet. Diem enim *post* horizonta ex Tartaris prodire credebant illi, Solem contra *ante* extremum terrae finitorem oriri ex Oceano, fluvio, quem universum orbem terrarum circumfluere opinati sunt. Ergo cum Diem quovis mane jam conspicerent, quando Solem adhuc in aqua demersum latere credebant, utpote aliquot horas post primam diei lucem provenientem, diei lumen a Sole emitti, ut nos, credere non poterant. Eadem ex causa *Aurora*, non filia, sed *Soror* Solis appellata est, utique quoniam apparuit, cum sol adhuc esset in undis.

Cum Hemere simul nascitur *Äther* ejusque frater est, et vel habendus pro summa aëris regione, quae nunc apparuit, cum nasceretur dies, adeoque *nasci* dicitur cum illo, vel pro *aëre*, qui nunc primos ventorum matutinorum spiritus immisit terrae aqua inundatae nebulisque et vaporibus oppletae: hactenus Noctis et Erebi filius, cum aër et venti post horizontem nasci, ex locis igitur inferis provenisse viderentur: id quod ipsi philosophi seriorum temporum opinati sunt.

Die nato, apparere *Coelum* debebat, quod adhuc fuerat obscurum. Habebatur autem Uranos apud Graecos, ut apud Oronocenses pro tegmine terrae arcuato, quod undequaque eum magnitudine aequaret, (*Γαῖα δέ τοι πρῶτον μὲν ἐγείνατο ἶσον ἑαυτῇ Οὐρανὸν ἀστερόενθ', ἵνα μὲν περὶ πάντα καλύπτοι*) atque demissus in oras ejus extremas undequaque orbem terrarum finire credebatur: quam opinionem proximi cujusque finitoris species optica debuit producere. Coelum ergo terra exsurgere ut in proximo horizonte videbatur, ita in extremo credebatur: (cf. Theog. 730.) nasci igitur e terra *Terraeque filium* esse Uranum prodit poematis auctor. vid. Heyn. p. 139.

Jam Tartara sunt sub Terra superque ea Coelum, Äther et Dies: nunc ad ipsam terrae superficiem excolendam veniunt vices. Adhuc ea fuit rudis, sine cultu et aqua inundata: quae deinde sensim siccatur. Quo tandem facto, oriuntur *maria*, quae antea dici nòn poterant, quum unum mare tota terrae superficies efficiebat, et *montes* undis emergunt. Utrorumque autem Terra mater est. v. 131. (*ἡ δὲ καὶ ἀτρύγετον Πέλαγος τέκεν Πόντον ἄτερ φιλότητος. αὐτὰρ ἔπειτα Οὔρεα μακρά.*)

Quae deinceps sequuntur generationes, ad has perficiendas, *Terra* connubia init cum *Urano*, mater itaque cum filio: id quod per totam cosmogoniam habet locum, velut fratrum amores cum sororibus, patrum cum filiabus, et desiderante eos nexu et serie, qua sequebatur una naturae partis generatio alteram, et admittente ejus temporis sensu morali. Homo enim naturae, calidiorum maxime climatum, non retinetur horrore naturali a talibus connubiis et amoribus, atqui quo ipse est animo, bono sive malo, eo semper et dii sunt, adeo ut eorum temporum theologia, quibus moribus fuerint homines, edocere possit. Ergo longe ante philosophematis tempus in mythis religionis vulgaris Jupiter fuerat maritus sororum Junonis et Cereris, Mars amplexus erat Aphroditen, ex Jove natam ut ipse etc. Recte tamen, mythos hos cosmogonicos antiquissimos esse debere, inde colligit Heynius.

Illis vero generationibus e Terra et Coelo tam in terra quam super ea novae et excoluntur et proferuntur naturae partes et corpora. Deinde, quod nunc in universum notandi locus est, antiquiores quidam dii, qui extra Jovis systema erant, sive sint culti sive mythis tantum divulgati, intermixti inveniuntur daemonibus, qui notiones physicas complectuntur: intermisceri autem debebant prioribus his generationibus, quia praecedere debebant Jovis, quod deinceps sequitur, systema, cum vel antiquiores vel parentes valerent deorum *cultorum*, id quod in Cronum cadit et Rheam. Ita natus est numerus *Titanum* et *Titanidum*, sex fratrum totidemque sororum, *Oceani*, *Coei*, *Crii*, *Hyperionis*, *Japeti* et Croni, atque *Theiae*, *Rheiae*, *Theminis*, *Mnemosynes*, *Phoebes* et *Thetydis*, partim naturae daemonum, partim deorum.

Primum *Oceano* nato *terra* sortitur fluvium, qui undequaque terrarum orbem in extremis cingere oris credebatur, aptissime hactenus Urani filium, quod Coelum in terrae fines demissum undequaque eam tangere opinabantur. In *Coelo* autem prodit *Hyperion*, lumen primum, quod dabat *calorem*. Haud dubie enim is hac in cosmogonia est igneum corpus, quod indigestum adhuc necdum resolutum in partes, Solem, Lunam et Auroram (quae enim mox gignuntur ab illo), rude, ut est, assurgit in Coelo, inde a *terra* sursum elevatum, ut Sol: quare terrae filius dici poterat, ut Sol Hercules in Orphicis. Simili ratione *Coeus* frater massa videtur ignea, universam *stellarum* materiem complectens, quae postea, longius natura procedente et pergente in singulis suis excolendis

parti-

partibus, divulsae ex illa disperguntur in coelo. Namque pater fit *Asteriae* in sequentibus, stellarum deae, quas Veteres igneas dixerunt, ut philosophi, Parmenides, Xenophanes, Anaxagoras, Heraclitus et alii. Etiam nomen respondere significationi daemonis videtur, κοιος a forma vetere deperdita τῶν: κάω, καίω, κέω; κείω, vel ab horum κέειν aut κείειν ut κοίτη a κεῖσθαι, ἀοιδὸς ab ἀείδειν, κοίρανος a κρείω, κεράω, λοιπὸς a λείπω etc. Denique idem prodit connubium cum *Phoebe*, splendoris dea. Assimile igitur continet mythus Coei ac philosophema, quod, nisi fallor, memorat Apollonii Scholiastes, ubi stellae unam initio massam effecisse dicuntur, quae in incude malleo tractata disperserit stellas in coelo, sicut ferri massa scintillas. Jam ad *Hyperionem* et *Coeum* pertinere videntur *Phoebe* et *Theia* sorores, utraque *splendoris* dea, e) ut *Aurora* soror ad *Solem*, et male disjunctae sunt seriorum poetarum separatione fratrum Titanum a Titanidibus, promiscue olim positis, prout rationes cosmogonicae poscebant. Connubia quidem ineunt in sequentibus, Phoebe cum Coeo, Theia cum Hyperione. Nimirum notare his personis voluit splendorem, quem praecessisse cogitabat lucentia illa et ignea corpora, antequam sursum elevata sint in coelo, ut Aurora Solem: aut ipsum eorum corporum splendorem in separatas personas disjungere voluit, de qua Graecorum ratione mythica, effecta rerum et quod nos dicimus Eigenschaften, secernendi a rebus ipsis atque in personas mutandi sejunctas, pluries erit notandi locus: apparet vero maxime in Oceaninis et Nereidibus, de quarum natura jam recte judicavit Eustathius: f) deinde, ut hoc addam, et id notabile est, unam eandemque rem reive, ut dicam, proprietatem et effectum pluribus, quam una, personis occurrere, quae sibi quasi synonymae sunt, at ita tamen, ut eadem illa res idemve rei effectum diverso in quavis persona appareant colore. Quam observationem iterum faciendum est inter Nereidum et Oceaninarum numerum, deinde in multis ex Musis, etiam in Gratia, quam Aglaia et Thalia bis fere exhibent. Alio loco plura.

 Quar-

e) de Theia vide Heyn. ad Pindar. Ejus loco est *Äthra* apud Hyginum.

f) In eundem censum venit Erebus, locorum inferorum obscuritas: cui quoniam in Tartaro cubiculum adsignatum erat ut deo et personae, *serius* hoc ipsum appellatum est Erebus, et deinde positum pro Tartaro in universum.

Quartus porro Titan *Crius* meliore lectione scribitur Κριὸς, quam quae Κρεῖος est. Ita enim *arietem* denotat nomen eoque respondet daemonis notioni, quae illi tribuere videtur *vim* et *robur*, quorum symbolum aries universae fuit antiquitati. Potentem nimirum et validum deum declarant tam connubia cum *Eurybie*, potente filia Ponti (ἀδάμαντος ἐν φρεσὶν θυμὸν ἔχουσαν) quam proles: *Pallas* (vibrator), *Perses* (deletor) atque nepotes Ζῆλος, Νίκη, Κράτος et Βίη. Quid vero sibi voluerit in cosmogonia ejusmodi significatus daemon, conjiciendum videtur ex *Astraeo*, tertio ejus filio, qui deus fuit ἄστρων, majorum siderum, ut Hesperi (v. 381.) aut minorum signum componentium, quae adeo, ut insigniora, a stellis distinxerat minoribus (ἀστέρες) diverso ab *Asteria* daemone, siquidem, quod paullo ante monitum est, omnia non omni numero sibi similia personis pluribus et separatis Graeci producere solebant. Cum igitur ἄστρα caeteris magis essent conspicua, mox eorum occasus et ortus observatus esse debet, hi vero littorum incolis in mari et e mari fieri visi sunt: quare et ibi natus dicitur Astraeus ex *Eurybie*, Ponti filia. Sed quid aliud sidera e mari in coelum quotidie tollere poterant illi homines credere, quam vim daemonum incolarum immanem, qua et in altum surgere et in alto se tenere possent? Quae causa est, ut multi antiquitatis populi Soli Deo pro roboris symbolo addiderint *tauri caput* aut *arietis* (cf. supra de Orphicis), Graecis quidem ejus loco currum equis acribus junctum habentibus: at astrorum tamen daemonum et ipsum arietem appellavit Graecus poeta, et conjugem, maris nympham, multa vi praeditam elegit e filiabus Ponti.

Jam nascitur etiam *Themis*, Horarum mater, dea ordinis justi in anni tempestatum vicissitudinibus, (serius Justitiae): mox enim, natura proximo deorum systemate omni numero excolenda, Horae filiae et Parcae ut munera ineant et nascantur oportebit. Etiam nunc jam rerum memoria est: nam deorum parentes nascuntur eadem hac daemonum generatione: quare inter Titanidas posita est *Mnemosyne*, mater divinarum et humanarum rerum memoriae, quam carminibus tradebant filiae *Musae*, quae proximo Jovis systemate gignentur: vel hactenus igitur mater, ut praecedente hoc nasceretur, oportebat.

Deorum, inquam, pater *Cronus* et mater *Rheia* inter Titanes et Titanides sunt, nulla sane notione physica adhaerente horum numini, sed e mythis reli-

religionis popularis desumtos illo in loco posuit poeta, quia praecedere eorum generatio debebat Jovem, Neptunum etc., proximo deinceps systemate progignendos. Longo nimirum tempore ante philosophema conditum Graecos excogitasse aut accepisse deorum suorum parentes credibile est. *Quando* vero nati essent, si quaerebant, hoc nescire debebant et Cronum eorum patrem esse dicere i. e. Temporis deum, simili modo quo Orphicus primam materiam Chaos e Tempore natam posuit. Matrem autem deorum debebant commerciis, cognationi gentium earumque migrationibus, quae antiquitus obtinuerant inter ipsos et *Phryges*, apud quos *Rheia* mater deorum usque culta est. Ita in mythis g) vulgata erat antiqua maris dea *Thetys*, neutiquam cognata cum Jovis familia. Et hujus igitur generationi locus adsignatus est inter Titanides. Denique autem cujus sit significatus sextus Titan *Japetus*, incertum est, sed itidem absque notione physica esse videtur atque receptus e mythis, ubi pater est *Promethei*, hominum auctor, qui simul cum Jovis familia regnante Crono procreabuntur. Ergo Japetus nunc jam generari debuit.

His igitur generationibus deorum, Titanum et Titanidum, futurus rerum ordo tantum praeparatus est: mundi futura lumina, Sol, Luna, Sidera et Stellae adhuc efficiunt singulas igneas moles: naturae ordinis dea nondum peperit Horas: diversa mundi regna, inferi loci, Terra, Maria et Oceanus fluvius adsunt quidem ipsa, atque Terra non jam aquae inundata est, at dii singulorum ἄνακτες, nondum nati sunt, sed primum omnium parentes adsunt, Cronus, Rhea, Thetys, Oceanus, Pontus, sicut hominum auctoris pater. At sequente cum genealogia omnia absolventur, et Terra praeterea habebit fluvios ab Oceano, ventosque ab Astraeo.

Sed

g) Forsan antiquis cosmogonicis, qui aquam rerum initium posuerant, adeoque Oceanum et conjugem Thetydem omnium rerum patrem et matrem. vid. (supra locum Homeri.) Nunc vero haec poetae nostro non jam erat daemon cosmogonicus, sed *dea*, sicut conjux *Oceanus*, quem fecit Titanem ut illam Titanida, sed ita ut Oceani generatio simul sit notionis physicae (vid. infra). Nam unius ejusdemque dei generatione et theogenicum et simul cosmogonicum locum interdum expleri, non dubium, ut Themidis. Thetys autem philosopho jam *antiquior dea* fuit, ut ejus daemones cosmogonici serioribus nominibus dii videbantur antiquiores.

Sed antea, post natos Titanes et Titanides, *Terra* iterum amplexus init cum *Urano*, tresque parit filios *Cyclopes*, *Argen*, *Steropen* et *Bronten*. Jam quid his voluerit poeta, facile suspicatu videtur. Nempe quod ubique observari potest, naturam nascentem ad normam redigi *natae*, Solem v. c., Aërem, stellas, Diem ibi natos dici, ubi quotidie oriri et unde venire conspiciuntur, idem et hic locum habere oportuit. Itaque Terram non dudum ante Hyperionem et Coeum natos undis sepultam, nunc vero humoribus adhuc, nebulis et vaporibus obtectam, molibus illis igneis ortis et super ea pendentibus, tempestates movisse ponere debuit auctor: nunc igitur nascuntur daemones *Tonitru* et *Fulminum*, h) parentibus Terra et Coelo aptissime positis, sed hae personae quoniam notabant tantum naturae phaenomenon et eventum, quod effectum erat ab antecedente daemonum generatione, facta quidem ab iisdem Urano et Gaea, separavit poeta Cyclopes a Titanum numero. Quamquam igitur, quod ex antecedentibus sequi et evenire debebat, denotabant naturae phaenomenon, tamen vel ipso eo natura futuro suo statui praeparata magis excolebatur: ita enim serenius factum est coelum, aër superior et inferior a nebulis et vaporibus liberatus atque tota rerum natura capacior culturae exactioris reddita est. Tum quod Cyclopum attinet naturam, immane robur, trucitatem et violentiam, quibus oculi respondent rotundi et magni, i) ea omnia facile effecit tum fulminis et tempestatum horror, cum maxime prima haec omnibus major tempestas, quae universo orbi terrarum seditiones movebat. Caeterum ea tempestatis personificatio

h) Fulmen duae faciunt personae, *Steropes* et *Arges*, qui vulgo solum est fulminis epitheton, *candentis* notione. Iterum igitur haec monet personificatio, eandem rem duabus vel pluribus esse personis cumulatam. Caeterum et hoc credibile est, Fulminum et Tonitru prosopopoeias Cyclopum nomine jam ante philosophematis auctorem in mythis evulgatas fuisse, nimirum illos ut ministros Jovi fulmen fabricantes; nec vice versa e philosophemate transiisse in theologiam, sicut alios quosdam daemones cosmogonicos, philosophemate per universam Graecam promulgato et decantato, passim pro diis cultos esse, saltem pro diis habitos, non abest a verisimilitudine, si Pausaniam evolvis. Attamen, quod supra monui pluries factum, vel ita in cosmogonicarum generationum seriem sola sua physica notione Cyclopes recipere potuit auctor. cf. not.

i) Hos enim nomen voluisse videtur, unum in fronte oculum κυκλότερῃ v. 143. extricante seriorum sollertia, quod judicat Heynius. Versus saltem sequentes v. 144. et 45. suppositi sunt, cum repetant antecedentia. vid. Wolf. ad. h. l.

ficatio assimilis illi Vulcanorum Siciliae, Thessaliae et Camporum Phlegraeorum in Pallene.

Cyclopibus deinde addidit poeta fratres *Centimanos*, itidem violentos et immanes: quod declarant centum manus, roboris symbola, velut Dianae Ephesiae ubera numerosa notabant magnam naturae ubertatem. Capita quidem quinquaginta hoc sine significatu sunt, tanto numero solummodo manuum numero respondente, sed idem velle videntur nomina *Briareus* (a βριαρος) *Gyes* (a γυιον) k) et *Cottus* (f. a κότειν, succensere). Certe ipsum philosophema, ut olim se habebat, de prima illa tempestate universam turbante naturam elocutus erat tamquam de seditione et proelio daemonum violentorum contra Coelum (Uranum) sicut Vulcanorum eruptiones in mythis Siculis et Thessalicis sunt bella Gigantum immanium contra Jovem mota: atque ita plures adhibere personas poeta voluit, quam ipsos Cyclopes, addiditque Hecatoncheires, quo melius seditionum violentiam declararet, at iterum ecce pro illo more, eadem pluribus repetendi personis.

Jam res procedit ad generationes a Titanibus et Titanidibus factas, quae ad finem producunt rerum creandarum seriem. Sed antequam ipse procedam, in Titanum et Titanidum nomine paucis commorandum est.

Apud ipsum Hesiodum dupliciter derivatur nomen, a τιταίνειν tendere, contendére, nimirum Uranum iratum ita eos appellasse, quia tenderint i. e. nisi sint, tale opus perficere (τιταινοντας ἀτασθαλιῃ μεγα ῥεξαι ἐργον.) simulque a τισασθαι (punire), nam addit: flagitium tamen (contra patrem) quod punitum olim iri praedixisse Uranum genitorem (τοιο δ᾽ ἐπειτα τισιν μετοπισθεν ἐσεσθαι) v. 207. sqq. Melius poeta Orphicus petit a τισασθαι ulcisci, quia Titanes, matre moti, ulti Uranum. (οὑνεκα τισασθην μεγαν οὐρανον ἀστεροεντα) aut Grammatici a τιταινειν punire, quod puniverint Uranum. Ita Plutarch. περι σαρκοφαγ et Hesych. v. Τίτανες, τιμωροι ἀπὸ τοῦ τιταινειν, τισιν λαμβανειν. Etiam Τιτας punitorem denotare locus Äschyli probat. At mihi derivandum videtur a τιειν et forma τιταινειν, l) *honore afficere*, et huc

k) membris validus, Etymologiam probat altera scriptio Γυγης nata ex Γυιης, sono simili. Sed jota etiam excidit in voce γυητης.

l) qua forma esse pro τιειν punire vidimus.

huc vocatis Hesychii his: τιταξ, ἐντιμος ἡ δυναστης, οἱ βασιλευς, Τιται, εὐποροι, Τιτηνη, βασιλιδι, Titana credo *antiquius deorum praedicatum* fuisse aut saltem in quibusdam tantum Graeciae regionibus usitatum pro Homerico et Hesiodeo, ἀναξ aut βασιλευς. Quo accedit, ut omnes fere dii apud seriores Titanes deaeque Titanides cognominati sint, Apollo, Sol, Hercules, Artemis, Prometheus etc. immo Titanum mater, Terra: forsan, quod in quibusdam Graeciae regionibus, maxime in Creta, vel serius usque, antiquiore nomine Titanes appellati erant dii. Poeta vero ita distinguere voluit daemones natu superiores a diis e Jovis familia. Praeterea Uranidae s. Uraniones vocantur apud Hesiod. et Homer., sicut fratres Cyclopes et Centimani.

II.

Centimani igitur nati finem faciunt amplexuum Urani et Terrae. Jam filiorum filiarumque amores perficiunt naturam, ad eosque deinceps statim processisse videtur antiquum philosophema. At ecce interveniunt nunc inventiones poetae illius *secundi*, quas memoravi in praemonitis. Nam antequam Titanum systema novas incipiat generationes, antecedentium auctorem Uranum throno dejiciendum esse voluit ejus poetae ratio. Bellum itaque et seditionem movent Titanes filii contra Uranum patrem, causa facile ex ipso philosophemate arcessita, cum de seditione Cyclopum et Centimanorum seditione hoc narravisset (cf. supra). Hinc igitur petendus facile erat Urani tyranni metus, suspicio et odium m) in filios (σφετέρῳ δ' ἤχθοντο τόκῳ), indeque horum detrusio in Tartara

(157.

m) et mutilatus hic locus in rhapsodorum ore est, ita ut hic, sicut alibi, mythi suppleri possint ex seriorum narratis, quae vel ab ipsis his vel ab antiquioribus scriptoribus depromta sunt ex Hesiodo integriore, quam noster est (de qua re infra plura). Ita Orphicus expressis verbis Uranum metuisse, ne Throno depelleretur, narrat apud Athenagor. leg. pro Christ. p. 68. Deinde mutilationem docet γὰρ, cum verborum ὅσσοι γὰρ (quae eadem praecessisse debet narratio de Uranidarum seditione) nullus nexus sit cum antecedentibus. Tertio loco verba ὅσσοι Γαιης τεκαι Οὐρανου

ἐξε-

(157. sqq.) Sin nolis Centimanorum et Cyclopum seditionem contra Uranum fuisse in philosophemate, saltem ex natura eorum violenta, et trucitate, meticulosi tyranni suspicionis (de qua vid. not.) et odii causa petenda erat a poëta secundo. Deinde, in Tartarum dejectis Uranidis, elegantissime matrem advocavit poeta, quae gravissimo affecta dolore (ἡ δ' ἐντος στοναχιζετο Γαια πελωρη στεινομενη) non amplius conjux, sed sola mater est, ex vera de ejus sexu observatione, prolem magis quam maritos amare matres. Terra igitur indignata Urano reliquorum filiorum animos excitat in patrem, iique nunc seditionem movent, ita ut Crono, proximae *deorum Graecorum* generationis auctori omniumque Titanum adeo principi, eoque regi futuro, primae a poeta partes imponi debuerint. Is igitur primo Urani genitalia, Terram rursus amplexuri, demessuit *falce*, quae deo temporis, omnia delentis, quae procreaverat (quasi demetentis, quae severat) antiquitus attributa erat in mythis, at a poeta hoc secundo inventio sollertiae muliebris, (δολιη τεχνη) a Terra nempe, matre irata, nunc primum fabricata dicitur et ita in Croni manus venisse. Verum ea genitalium Urani exsectio seditionis summam facere non potuit: throno Uranum dejici poeta volebat. Nec omnino locum in illa habuisset, nisi ipsum philosophema antiquum primam ejus copiam primumque fundum dedisset poetae. n) At nunc saltem narranda erat de throno dejectio et caeterorum Titanum contra Uranum seditio. Vides autem de omnibus his altum silentium, quamvis in *sequentibus* et Cronus conspiciatur in Throno, et Titanes mundi imperium una cum illo obtinere dicantur. Verum omnia

ἐξεγένοντο seriorem manum produnt, cum Titanes et Titanides, de quibus tamen hic sermo nec est nec esse poterat, etiam Urani et Terrae filii filiaeque sint et paullo ante ut ii memorati: immo videtur hic versus esse imitatio genuini ὁσσοι γαρ Γαιης τε και Ουρανου εγενοντο v. 421, quae verba rhapsodo in memoria haerentia ex repetita carminis cantatione huc male rejecta sunt. Illo loco v. 421. de Titanibus et Titanidibus sermo est. Confirmatur ea suspicio τῳ γαρ, quod etiam 421 est, at in supposito loco pessime habet. Totus autem locus inde ab ὁσσοι usque ad ἐργῳ reliquias tantum plenioris olim narrantionis continere mihi videtur, totusque esse a rhapsodo: quare id falsum est secundum mythorum rationem, Uranum filios, simulatque nati sint, in Tartara detrusisse (Και των μεν ὁπως τις πρωτα γενοιτο.)

n) Namque cum rationes cosmogonicae exigerent, ut Centimanis natis, Urani generationes desinerent caeteraeque aliis essent tribuendae diis, *Tempus* et *Senectutem gignendi vim* eripuisse Urano, effatum erat philosophema. cf. Heyne l. c. Arcessit igitur, quasi id esset Croni *facinus*, in Titanum seditionem.

omnia olim enarrata fuisse credas, et mythos iterum mutilatos esse probari potest, ob interventum, credo, episodiorum, quorum causam et materiam ipse dederat Hesiodus sive qui fuit poeta ille secundus: illa enim primum interruperunt, deinde totum devoraverunt narrationem. Omnia videbimus. Primum Apollodorus, quem et alia o) et nostra integriore Hesiodi editione usum esse, cum mythos excerperet, omnia declarant, quantumvis brevitatis est studiosus, non solum Titanas, Urano castrato a fratre, patrem regno orbasse, liberasse Uranidas e Tartaro p) et in Cronum contulisse summum imperium exposuit, sed addidit etiam cum poeta Orphico, Oceanum solum omnium Titanum non adfuisse facinori. Atque ita mythi isti leguntur apud multos scriptores seriores. Ne vero colligas ex metu caeterorum Titanum, cum mater cum falce in manu alloquitur filios, (τους δ' ἄρα παντας ἕλεν δέος, οὐδε τις αὐτων φθεγξατο) neminem cum Crono seditionis participem factum esse in deperditis versibus. Nam tunc non jam sermo de seditione et bello est, sed Terra solummodo vult, ut falce utantur. Quo facto, exsectis, inquam, a Crono pudendis, illa tamen secuta esse debet in Hesiodo integriore eo loco, quem nunc occupat interpolatum, a quo genuina detrusa sunt. Et tamen statim post illud incidit sermo in Titanes ita, ut omnes seditionis participes appareant 207 — 210.

τοὺς δὲ πατὴρ Τιτῆνας ἐπίκλησιν καλέεσκεν
παῖδας νεικείων μέγας Οὐρανὸς, οὓς τέκεν αὐτός.
φάσκε δὲ, τιταίνοντας ἀτασθαλίῃ μέγα ῥέξαι
ἔργον, τοῖο δ' ἔπειτα τίσιν μετόπισθεν ἔσεσθαι.

Locus quidem, qui neque cum antecedentibus (interpolatis) nec cum sequentibus (progenie Noctis) in nexu est, at quem non omnino interpolatum dicam cum Wolfio, sed reliquias continere credam prolixioris olim narrationis de Urano a Titanibus throno dejecto, cum ea secundum Apollodorum ipso hoc loco (post Urani exsectionem) posita esse debuerit, et fere probare, revera

o) Idem Wolfius statuit de Platone: sed sine causa opinor.

p) Nam etiam hoc omissum est nostro loco, quamvis in Tartarum detrusionem Centimanorum et Cyclopum seditionis causam fecerat poeta secundus. Sed in sequentibus liberatos a fratribus occurrere nullum dubium est. vid. not. s) et t). Ergo et hoc carmen h. l. mancum esse probat.

vera hic positam fuisse. Quod etymologiam attinet, quae exposita est in loco, ea quidem valde puerilis, sed non solo Rhapsodo digna, cum ipsa antiquissima tempora pessime omnium derivasse notum sit. Attamen etsi concedam, ipsa loci verba esse rhapsodi opus, probant tamen, in carmine, quali utebatur, sermonem fuisse de omnium Titanum seditione, nam qui potuisset etymologiam struere super hac? Denique nisi ipso hoc loco memoratum esset Titanum bellum, quorsum Etymologiam in hunc ipsum locum intrusisset, ubi deserta ab antecedentibus et praecedentibus stat? Quare credo, ipsum Rhapsodum, qui auctor etymologiae est, et plura de Titanibus in eo loco invenisse et quae invenit, *reliquisse*, sed in seriorum decantatorum ore solam restitisse illam. Jam ad interpolatum, quod intervenit h. l. inter Urani exsectionem et Titanum seditionem.

Hesiodum ipsum interpolatori inserendi sua locum dedisse monitum est. Quod factum puto origine Furiarum e genitalibus Urani exsectis petita, dearum sane naturae valde consentanea. Item cum deorum, quam per totum videbat philosophema, genealogiam, augere semel vellet et quae deorum deerant, addere ex poetis, sive ipse sive rhapsodus, melior utique locus non erat, *Gigantum* derivandi originem, cum et ipsi contra Jovem patrem seditionem movissent: et hi igitur e pudendis Urani, a filio seditioso exsectis, nati dicuntur, denique Nymphae *Meliae* (fraxinorum arborum) quamvis quo sensu non intelligam. Apollodorus tantum memorat Furias, quod iterum probat, eum vel ipsum vel ejus auctorem alio usum esse Hesiodo. Verum et Alcaeus imitatus erat exemplum Hesiodi in Phaeacum origine petenda, male intellectis Hesiodi v. 189. καββαλ' ἐπ' Ἠπείρω. cf. Conon. Narratt. epist. ad Heyn. p. 14. Et ecce Rhapsodus quintum addidit exemplum, ex Urani genitalibus deducens origines Aphrodites, cum magna Amoris deae indignatione. Placuit enim, pudenda a Crono e continente in mare projecta, postquam diu natassent, tandem *albam spumam* circa se collegisse fingere et in illa postremo generatam Aphroditen, e mari in Cyprum indeque Cytheren nando venisse. Indignus dea ejusque Charitibus mythus, at qui nihil est nisi merum serioris interpolatoris commentum etymologicum, qui nobis voluit explicare, qui tandem venerit, ut Venus omnium peccatorum in orbe terrarum regina nomen nacta sit *Uraniae*, atque cum Platoni credere nollet, eam οὐρανῷ esse natam: praetulit Οὐρανοῦ genitalia, ad exemplar Furiarum et Gigantum origines

 inde

inde petens et hujus deae. Quidni vero dicas, si ab Urano Uraniam voluit deducere, elegantius caeteris Urani filiabus, Titanidibus, immiscuit? Quia, respondeas, antiquiorem et fabulam et etymologiam deserere noluit, hanc Aphrodites nominis ab ἀφρὸς, (spuma), illam, quae Deae originem itidem e mari deduxit. Utrumque igitur ita in nexu posuit cum Urani genitalibus, ut, iis in mare projectis, e spuma, quam nando in fluctibus excitaverint, deam prodiisse poneret, adeoque dea et e spuma et mari nata esset, ut voluerunt mythi antiquiores. Hi enim Aphroditen fecerant filiam Jovis et *Diones, maris nymphae*, atque pulchritudinis dea ut eo statu, quo pulchritudo pulcherrima est, *nuda* nimirum e *balneo*, primo in Terram prodiisset, voluerat mythi elegantissimi auctor. Inde utique nomen Ἀφροδιτη et Ἀφρογενεια (illud a διω perfundere, humectare). Et ita fabula de Veneris origine e fluctibus est apud *Homerum*, et Apollodorum, quem iterum igitur Hesiodo aliter comparato usum esse apertum est. Et ita consentaneum est mythis religionis populi, quae Venerem posuit inter Jovis filias, cum absurda altera faciat Jove natu majorem. Etiam Apelles, pictor Anadyomenes, intellexit Homericam, ut apparet ex epigrammate Leonidae Tarentini XLI. T. I. p. 231. Brunck.

τὰν ἐκφυγοῦσαν ματρὸς ἐκ κολπῶν ἔτι
ἀφρῷ τι μορμυροῦσαν εὐλεχῆ Κύπριν
ἰδὼν Ἀπέλλης κ. τ. λ.

Ex Platone non manifestum est, utrum hoc nostrum Theogoniae exemplar habuerit et secutus sit, an aliud, quod Veneris natum e mari posuit in ultimo deorum systemate et quo usus est Apollodorus: Nam Cratylo p. 277, περὶ δὲ Ἀφροδίτης, inquit, οὐκ ἄξιον Ἡσιόδῳ ἀντιλέγειν ἀλλὰ συγχωρεῖν ὅτι διὰ τὴν τοῦ ἀφροῦ γένεσιν Ἀφροδίτη ἐκλήθη. Etiamsi vero cogitaverit de Venere ex Urani genitalibus nata, nihil aliud inde colligi posset, quam ejus jam tempore mythum fuisse corruptum, id quod esse poterat, cum Urania antiquior sit Platone, probante Pausania, qui cultam eo nomine Venerem in Graecia prodit et memorante jam Herodoto. Tandem, ut revertar ad Hesiodi locum, plura, quam exemplum Furiarum et Gigantum, ut Uraniam e genitalibus repeteret, acutum etymologum movisse apparet, epitheton puto Veneris φιλομειδὴς, quod mutavit in φιλομήδης (a φίλειν! et μήδεα, ὅτι μηδέων ἐξεφάανθη). Impurus homo, qui quid e spuma alba (ex qua mythus antiquior natam esse i. e. prodiisse Venerem voluerat) fecerit, nemo nunc scit. Sed acumine hanc fere vincit etymologia quarta Κυπρογένειας, ὅτι γέντο

πολυ-

πολυκλύστῳ ἐνὶ Κύπρῳ 199, quamvis in antecedentibus 139. ipse dixerat, Venerem *jam natam* natando venisse in Cyprum. Quare secundum interpolatorem hoc adjecisse, credere possis, sed idem est, utrum hunc facias coecum, an absurdum absurdiorem. Sed neutrum hoc mereri dicas. Nam γέντο significatione *veniendi* ut in παραγενέσθαι cepisse auctorem moneri posset, etsi illud modo parum idoneo ob ἐνί.

c. Post interpolatum et brevem illam Titanum memorationem deinceps sequitur sine omni nexu catalogus *liberorum Noctis* 211. sqq. Νὺξ δ' ἔτεκε στυγερόν Μόρον etc. At profecto haec olim in nexu erant cum antecedentibus in ipso philosophemate, nunc disrupta interveniente secundi poetae inventione de Urano throno a filiis dejecto, deinde interpolatis. Namque sicut hanc rerum creandarum seriem observare voluit philosophema in *prima generatione*, ut, terra nata, primum fieret *inferius hemisphaerium* (Tartara), deinde *superius* (et Coelum et ipsa Terrae superficies), vid. supra; ita nunc, quae in utroque regno porro gignenda sunt, eodem ordine et regnorum serie retenta enarrare voluisse credibile est. Ergo incipere oportuit a Tartaris, cujus incola Nox est, ergo nunc caeterorum Tartari incolarum, qui in mythis poetarum Noctis filii dicti erant, generationes enumerandae erant: cum utrumque secutus finem sit philosophema, ut ipsa regna fierent, deinde ut deos incolas nanciscerentur. Attamen ipsum philosophema primas tantum quasi lineas ejus catalogi dedisse credo, et feriores deinde poetas ipsumque Hesiodum addidisse, quae noctis liberorum aut Tartari incolarum dispersa legerant apud poetas, cum vellent rhapsodi et Hesiodus nihil nisi deorum genealogiam. Sunt vero illi maxima parte personificationes turpium aut tristium phaenomenorum moralium et physicorum: ut Ἔρις, Μῶμος, Οἰζύς, Νέμεσις, Ἀπάτη, Γῆρας, pars soli locorum inferorum incolae erant facti in mythis, ob notionis cognationem cum his locis vel Nocte, eorundem incola: cujus generis sunt Ὄνειροι, Ὕπνος, Θάνατος, Κήρ, Μόρος. Hos, si quos alios, genuinos philosophematis esse censeam: etiam primi sunt nominati; caeteri annexi et e poetis collecti aut a rhapsodis primum constituti videntur. Hoc certum est evenisse *Parcis* a rhapsodo oblivioso, cum ipse Hesiodus eas nominaverit inter Jovis filias secundum religionem populi infr. 904. Illis simul dedit rhapsodus novam sane notionem aut functionem, quam nescio unde habeat, cum nusquam omnino de tali legatur: qua quippe sunt totidem deae Νεμέσεις: αἵτ'

ἀνδρῶν

ἀνδρων τε θεῶν τε παραβασίας ἐφέπουσι, οὐδέποτε λήγουσι θεαὶ δεινοῖο χόλοιο, πρὶν γ' ἀπὸ τῷ δώωσι κακὴν ὄπιν ὅστις ἁμάρτῃ. Quare Heynius excidisse Ποινας judicat. cf. etiam ejusdem eximiam de *Hesperidibus* notam. Sed quomodo Praeceptor venerandus *Eridem* hoc loco credere potuerit esse cosmogonicum νεικος, nescio. Est ea nimirum Noctis filia sensu morali, ut Οιζυς, Μωμος, Ἀπατη, et analogi ejus liberi: Μαχαι, Νεικεα, Ὑσμιναι, Ἀμφιλογιαι, Φονοι. Caeterum Apollodorus totum non agnoscit catalogum (vid. in fin.). Deinde ad regna *superiora* progrediuntur generationes, et primum quidem ad duo *aquarum* regna, *Pontum* et *Oceanum*. *Maribus* igitur omnes dii deaeque incolae pronascuntur, *Ponti* filii filiaeque cum nepotibus, quotquot vel mythi poetarum, vel religio populi posuerant. Ex religione haud dubiae petitus est filius Nereus; quem inter antiquissimos Graeciae deos memorat Herodotus cum Jove, Neptuno etc. Prisci nempe Graeci, cum prima in navigatione facere coepissent pericula, necdum novissent stellarum usum, Nereum coluisse videntur ut *comem Senem* (αὐταρ καλεουσι γεροντα, οὑνεκα — ἠπιος) qui errantes navigatores secure in patriam reduceret: inde ejus nomen Νηρευς a νη et ερεω (veritatem dicens, numquam fallens et in errores ducens) quod auget Hesiodus: ἀψευδεα, ἀληθεα, νημερτης. Ita quasi oracula et consilia dabat: ἠπια δηνεα οἰδεν. — Nascitur autem eadem quidem *generatione*, qua caeteri Graeciae dii, sed non eodem *systemate*, nam exclusus erat in mythis religionis e Jovis *familia*. E mythis autem desumti sunt poeticis, qui miracula exterarum et remotarum terrarum aut marium, e navigatorum traditionibus nata, personas fecerant et incolas extremae Hesperiae, Phorcys, Graeae, Gorgones, Ceto, Chrysaor et Geryones. At dubium, an Hesiodus et rhapsodi totum Pontidarum et Nerei filiarum catalogum jam ita invenerint, ut nunc est, utramque partem addidisse credibile est primis in philosophemate lineis. Certe antiquo poetae non potuit in mentem venire, ut longius enarraret mythos de Hercule et Geryone, de Echidna etc:, sunt haec seriorum poetarum et Hesiodi additamenta. Illi sufficere potuit memorasse, qui incolae cuivis mundi regno nati fuerint. Ponti progeniem sequuntur v. 337. sqq. liberi *Oceani* et *Thetydis*: ergo *alterum* aquarum regnum, a priori diversum, nunc accipit deos suos incolas: et ipsa Terrae superficies nova excolitur parte. Nam *fluvii*, qui hinc inde primum irrigant terram, sunt inter progeniem Oceani 367 — 370: praecipuis nominatis 338 — 345. Oceanus nimirum hoc in philosophemate est fluvius ille magnus, undequaque cingens terrarum orbem. Ita antiquis-

tiquissimi Graeci, cum *fontes* conspicerent ex terra provenire, facile poterant mente incidere in hoc, ut fluvios, quos, ubi prosiliebant e terra, et ipsos nihil nisi fontes esse videbant, sub terra quasi canales subterraneos e fluvio illo magno in extrema terra, tamquam e communi omnis aquae fluviatilis fonte proficisci et emanare crederent: quotquot vero fluvios majores non viderant oriri, brachia haec esse Oceani, statim ex eo devenientia idque in terrae superficie: cujus opinionis exemplum est Styx qui v. 789. vocatur κερας ωκεανοιο, ut Ister apud Apollon. Rhod. IV. 282. Ne vero fluvios aquamque omnem fluviatilem e mari longe propiori, quam esse Oceanum credebant, derivare possent, jam dissuadebat diversus fontium et fluviorum dulcis a maris sapore salso. Quare duo omnium aquarum fontes communes diversos posuit et ut diversa regna omnibus modis inter se distinxit, unum Ponti, alterum Oceani. Quodque igitur diversas habet nymphas, illud Nereidas, hoc Oceaninas, diversa ineunt connubia Oceanus et Pontus, ipsique, unus e Terrae et Urani amplexibus in Titanum numero, alter, ex eadem, sed, ut ipse ἀτρυγετος, absque amore (ἀτερφιλοτητος ἐφιμερου) nati sunt. Diversi tandem utriusque filii.

Oceani progeniem excipiunt generationes ex caeteris Titanibus et Titanidibus. In coelo primum fiunt *Sol*, *Luna* et *Aurora* — Helios, Selene et Eo prodeunt ex amplexibus *Hyperionis* et *Theiae* (371. sqq.). *Crius* et *Euribie* procreant *Astraeum* (381.), qui ex *Aurora* gignit *Astra*, *ventos*, *Zephyrum*, *Boream* et *Notum* 375. sqq. Quoniam enim ex certorum siderum constellatione aut eorum ortu et occasu (v. c. Hyadum) venti et tempestates praedici poterant, ejus temporis hominibus ab illis pendere videbantur: itaque Astraeus pater ventorum est. Est enim proclive ad hoc incultorum hominum ingenium, ut causae et effecti notiones ponat inter antecedentia et subsequentia. Alter et tertius Crii et Eurybies filii sunt *Pallas* et *Perses*, fratres igitur *Astraei*: ignoti daemones. Illum, quatenus frater est *Astraei*, notio *vibrandi*, quae nomini inest, conjungere ita videtur cum patre Crio, ut simul denotaverint vim sidera primo ex undis in coelum tollentem (vid. supra). Igitur et hic una vis et personae duae, cujusmodi plura vidimus exempla in antecedentibus, et iterum videmus in Pallantis filiis: Ζηλος, Βιη, Κρατος et Νικη; qui sunt Jovis ministri et regis deorum atque hominum potestatem exprimunt personis, quarum duae idem fere volunt. Genuerat hos Pallas cum *Nocte*: desumti autem videntur ex mythis religionis, eorumque origini hic locus datus ab antiquo poeta aut a secundo, cum tota fere Crii familiae roboris et poten-

potentiae inessent nomen et notio. Tertius *Perses* conjux *Hecates* ad locos inferos pertinere videtur nomenque idem fere velle quod *Persephones.*

Denique nunc ex *Coeo* et *Phoebe* procreantur *stellae,* (ἀστέρες) nata ex illis *Asteria.* Secunda filia est *Leto,* quae obscuritatem Noctis subfuscae (die sternhelle Nacht) denotasse videtur. Ideo una cum Asteria nascitur et haec cumilla, quia sine nocte non conspiciuntur stellae, ergo non sunt (ex illorum hominum opinione). Nomen saltem prodit obscuritatem. Iam veteres derivant a λήθειν (latere): et Plato olim scriptum esse Ληθώ notat in Cratylo p. 276. Atque si Apollinem et Artemin jam mythis antiquis Solem et Lunam fuisse credi posset, et hinc probabile foret, Latonam fuisse Noctem. Nam illorum mater est, Sol autem ssquitur post Noctem, ergo ejus filius erat in lingua mythica. Quod si illud ita se haberet, iterum haberetur exemplum, quomodo in diversas personas disjunxerit mos mythicus eadem phaenomena in diversis momentis, Noctem igitur per se, et quando est stellis consita.

Tandem ad hanc deorum generationem numerata est *Hecate,* ex Asteria et Perse nata. Homerus, quod sciam, non novit Hecaten, nec antiquitus inter omnium Graeciae gentium deos locum habuisse videtur, sed serius in theologiam abiisse ex Orphei mysteriis, ubi unam ex deabus praecipius egit. Ex iisdem Heynio totus Hesiodi locus desumtus videtur, qui universum deae functionum cumulum multa cum copiositate enumerat. Insuta sane omnia a seriori poëta, qui, ut adtexeret huic deorum generationi, advocavit superstitionem temporis, quae *incantationes,* quarum antistes Hecate est, in nexu posuit cum *stellis:* atque ita Hecaten fecit *Asteries* filiam.

Hac igitur Titanum progenie nata eoque omnibus fere rerum naturae partibus absolutis, superest, ut *Cronus* Titanum natu minimus cum *Rhea* sorore finem faciat cosmogoniae procreandis *Graecorum diis,* Jove cum fratribus sororibusque. Nunc enim eorum regni et imperii in omnibus mundi par-

partibus locus est. Quare rex mundi et deorum (daemonum), qui hactenus fuit Cronus, nunc amplexus Rheam prolem serit: Ἑστιαν, Δημητρα, Ἡρην, Ἀδην, Ποσειδωνα, Δια, tres filios totidemque filias: omnes sane absque ulla notione physica, ut sunt in mythis Homeri, quamvis olim et ipsos naturae daemones, at simul *cultos*, fuisse credibile est (vid. praem.), qua vero notione plurimi, nunc nos praeterit.

At praeter eos sex, Jovem cum fratribus et sororibus, plures colebat religionis deos *juniores*, illorum filios filiasque, Palladem, Martem, Musas etc. Horum igitur generatio nunc deinceps secuta sit in ipso antiquo philosophemate oportet. Sed iterum intervenire poeta secundus debebat. Nam nunc Cronus regno depellendus erat ab ultimo hoc deorum systemate, quod ipsum fecerat, ut tota de diis throno dejectis cogitatio invecta esset in philosophema. (vid. praem.) Quo facto Jupiter regno potitus, ipse et fratres, juniores procreant deos.

Sequitur igitur narratio de seditione Jovis cum fratribus contra Cronum cum Titanibus, observato, qui in prima contra Uranum obtinuit, tenore, si excipias singula. Iterum Cronus est pater et tyrannus suspiciosus, q) timens, ne a filiis orbetur regno, ipsaque suspicione, crudelitatis in filios causa, cogit, ut bellum moveant illi. Eadem igitur hujus, quae seditionis filiorum contra Uranum, causa est, modo ut alia sit crudelitas Croni in sobolem, quam Urani in Cyclopes et Centimanos, et aliunde petita. Illa enim constituta erat ab ipso philosophemate, cum, quod Cronus facit cum sobole, mutuatum sit a notione *Temporis*, ὁ κατακινει τα γενόμενα, praeeunte forsan antiquo mytho. *Liberos* nempe *deos*, sicut nati erant, devoravisse posuit poeta. At Rhea iterum eadem mater, sobolem plus marito diligens, est, quae olim fuit Terra. Summo mota dolore (v. 67.) auxilium quaerit ab Urani et Terrae ora-

q) τα φρονεων, ἵνα μη τις ἀγαυων Οὐρανιωνων
ἀλλος ἐν ἀθανατοις ἐχῃ βασιληιδα τιμην.

Timoris causam poeta fecit oraculum *Urani* et *Terrae* v. 464, qui vaticinantur etiam *Rheae*. Seniores dii futura praedicunt junioribus, ut senes inter homines vates sunt, quoniam vaticinia nihil aliud initio erant, quam consilia prudentiorum i. e. aetate provectiorum.

oraculis et, ut consulant, orat, quomodo servatura sit natu minimum, quo gravida est (Jovem), ut is adultus ultionem capere possit de crudelitate tyranni in sobolem suam. Suadent Uranus et Ge, qui ut oracula inter homines duabus partibus inserviunt consiliis, ut aufugiat et quem enixa fuerit, infantem curiose occultet; locum, quo confugiat parturiens, constituentibus religionis populi mythis. Quam igitur secutus poeta secundus, Uranum et Terram, ut Rhea in Lyctum Cretae insulae montem confugeret, filiae suasisse narravit. Nam ad Cretam mythi posuerant natales et educationem Jovis, nimirum quod inde venerat Jovis cultus. r) Sequi igitur Rhea parentum consilia, ad Cretam se conferre, ad montem Lyctum parere et in antro condere *Jovem*. Attamen sollicita mater, ne inveniret tyrannus quaerens, aut verita est, ne flagitaret et vi exigeret infantem: quare mater simul anxia et muliebris sollertiae artibus praedita, lapidem involvit fasciis, quasi infans sit, et tyranno marito, cum parturiisse conjugem videret et quod pepererat, dandum posceret, deglutiendum dedit crudelitate occoecato.

Servato igitur futuro deorum hominumque rege, inevitabilis erat Croni casus, quem ideo jam nunc nunciat poeta: v. 483 — 91. Brevi tempore Jupiter in antro adultus est, acer et fortis factus 492. sqq. At solus contra patrem et Titanes bella movere non valuit neque ausus est: liberandi erant fratres et sorores ex ventre Saturni: namque, ut dii immortales, insontes ibi servati erant, nec satis igitur apte usus est poeta secundus illa de Tempore omnia delente notione aut mytho. Etiam Jupiter adiit Terrae oracula, quae consuluit, ut patri emeticum propinaret: aut secundum mythos Apollodori, hoc faciendum esse, propria intellexit Minerva sive lingua mythica, Metis, (prudentia) quam adultus nunc uxorem duxit, suasit ut faceret. Cronus deglutivit emeticum et reddidit omnes Jovis fratres et Sorores. Deinde Jupiter

r) Pluribus hac de re agere consilium est in libro de reliquis Orphicorum mythis, de historia, cultus Minervae, Jovis et Cereris. — Caeterum non novisse videtur Hesiodus fabulam de *Curetibus*, qui ante autrum, ubi Jupiter occultatus fuit, clypeos concussisse dicuntur, ne quaerens pater audiret infantis vagitum: et serior ea videtur et nata ex interpretatione ritus religiosi in festis Jovis Cretensis, ubi instrumentis his strepentibus usi sunt, sicut in Cybeles et Bacchicis festis tympano, cymbalis etc.

ter liberavit Centimanos et Cyclopes e Tartaris, quo Cronus, ut tyrannus meticulosus, rursus rejecerat, postquam ab ipso et Titanibus inde protracti erant. s) Liberatis Cyclopibus, Jupiter habuit fulminis ministros, quos dudum populi religionem illi tribuisse monitum est: recepit igitur eos poeta secundus, et quasi nunc primum Jovi fulmen fabricati sint liberatori suo, narrare debuit 503. sqq. atque ita Jupiter, nactus praecipuum hoc imperii fulcrum 506, contra Titanes et Cronum uti potuit. Jam igitur liberatis et diis et Uranidis, seditionem et bella ut moveat Jupiter cum fratribus, inde a v. 506. exspectas, et tamen usque ad v. 629. dislatam esse Titanomachiam vides, quamvis minime culpa poetae secundi, sed rhapsodorum, qui interjecerunt episodium de Prometheo et Japeto a v. 507 617., quod nisi totum interpolatum est, olim tamen longe inferius locum habuit, nempe ubi de hominum creatione erat sermo. Nam ab hoc loco alienissimum est atque nec cum antecedentibus neque cum sequentibus in nexu ponendum. Intrusum autem esse aut, si vis, ex loco suo justo transpositum, manifestissimum ex hoc, quod statim post episodium (617.) ejus rei narratio continuatur, quae ante illud (507.) narrari coeperat, nimirum liberationis *Uranidarum*, quae ita interrupta est, ut priore loco memorata sit sola Cyclopum liberatio, altero sola Centimanorum:

v. 501: λυσε δε πατροκασιγνητους ὀλοων ἀπο δεσμων
Οὐρανιδας, οὑς δησε πατηρ ἀεσιφροσυνησι
Οἱ οἱ ἀπεμνησαντο χαριν εὐεργεσιαων,
Δωκαν δε βροντην ἠδ᾽ αἰθαλοεντα κεραυνον
Και στεροπην· τοπριν δε πελωρη Γαια κελευθει.
v. 506: Τοις πισυνος θνητοισι και ἀθανατοισιν ἀνασσει.

 Jam

s) Rejectos esse Uranidas a Crono, in Hesiodo, ubi haec omnia diajecta sunt, ut videbimus, non prius narratum est, quam ubi memoratur eorum *liberatio* per Jovem facta. (Apollodorus justo fecit loco, ut vidimus) vid. 501. sqq. et 617. sqq. Nam in verbis 520. οὓς δησε πατηρ et 617. ὡς πρῶτα ὠδυσσατο πατηρ, *patrem* spectare Jovis, nec ipsorum Uranidarum patrem Uranum, nexus docet. vid. Wolf. et not. t. Interpretes intellexerunt Uranum, quoniam in carmine mutilato neque de *liberatione* per Titanes et Cronum, nec de *secunda* in Tartara *detrusione* per Cronum facta sermo inciderat in antecedentibus, sicut in Apollodoro. Sed de utraque carmen integrum narrasse, loca laudata evinciunt. Mutilatum ergo carmen duobus locis. cf. supra et not. u.

Jam episodium 507: Κουρην δ' Ἰαπετος καλλισφυρον Ὠκεανινην
Ηγηγετο Κλυμενην και ὁμον λεχος εἰς ἀνεβαινεν κ.τ.λ. usque 616.
alter locus 617: Βριαρεῳ δ' ὡς πρωτα πατηρ ὠδυσσατο θυμῳ,
Κοττῳ τ' ἠδε Γυγη, δησε κρατερῳ ἐνι δεσμῳ
κ. τ. λ. 824. ἀλλα σφεας Κρονιδης τε και ἀθανατοι θεοι ἀλλοι
οὓς τεκεν ἠΰκομος Ρεἰη Κρονου ἐν φιλοτητι,
Γαιης φραδμοσυνῃσι ἀνηγαγον ἐς φαος αὐτις.

Vides autem postquam episodio interveniente liberatio Cyclopum separata erat ab ea Centimanorum, rhapsodum altero loco repetiisse, hos a Crono Tartaris inclusos fuisse, quod non factum foret, nisi omnia ab episodio essent disjecta. Jam vero, quoniam, interpositum de Prometheo mythum e medio si tollas, liberatis Uranidis, inde a 629. δηρον δε μαρνκντο idem enarratum est, quod versu 492. sqq. jam exspectari poterat et narratum esset, nisi intervenisset episodium, Titanomachiam puto, non opus est, ut carmen mutilatum dicas cum Wolfio loco secundo 492. sqq., u) quamvis hoc certum est, Hesiodum ipsum multo aliter ince-

u) ad 492. „Hinc, inquit, exspectari poterat, ut exponeretur, qua ratione fatum illud ante memoratum de Crono per Jovem imperio dijiciendo exitum habuerit. Nam quae inferius intexitur commemoratio Titanum a novo rege debellatorum, etsi in his Cronus quoque numerandus sit, tamen cum illa pugna serius et Crono jam oppresso commissa *videri* debeat (??), ea commemoratio poetae consilio satisfacere non potuit. Et tamen maxime necessarium erat, ut nunc ipsa Jovis vis in patrem describeretur. Ita hac inprimis mutilum haberi carmen, per se non improbabile est. Sed confirmatur haec suspicio auctoritate Platonis de Rep. II. p. 337. In quibus ultima verba si recte intelligo, Platonem uberiora legisse in theogonia (??), quae nunc desiderantur: nisi si quis cupide magis repugnare velit, et aliud carmen Hesiodeum a philosopho respici. Illa vero mutilatio deinde forte effecit, ut plura in hoc loco etiam turbarentur ac depellerentur de pristina sede; parum enim apte inter se cohaerent quae sequuntur praesertim v. 501 — 506, a quibus mox ad Japetidus et ad Promethei fabulam procedit poeta, quibus demum bellum Titanum annectit."

Hic addere liceat de v. 617. sqq.

Cum interposito de Prometheo mytho disjuncta sit liberatio Cyclopum ab altera Centimanorum, utique interpretes poterant *patrem* in verbis ὡς πρωτα πατηρ ὠδ. θυμ. habere pro Urano, Croni *patre*, cum hic non memoretur *Jupiter* ut 502, ubi igitur apertum; *patrem* esse Jovis, adeo Cronum. Utroque autem loco in nexu posito, ejecto

incepisse Titanomachiam, quam nunc factum est, cum ubique in his locis carmen passum sit a rhapsodorum manibus, nisi quod argumentum attinet, tamen quod *formam*.

Tanto melior et haec servata est in ipsa Titanomachia exponenda, qui locus tanta copiositate tantoque ornatu poetico gaudet, quanto nulla alia carminis pars. Nulla enim alia campum tam idoneum praebuit poetae secundo aut Hesiodo, qui solam theogoniam et deinde solas spectabat rationes poeticas, quantum philosophematis tenorem ea copiositate poetica turbaret non intelligens. Copiosus igitur locus e manibus venit Hesiodi aut poetae secundi, nisi is idem fuit, atque copiosior servatus est a rhapsodorum manibus, quam caetera omnia, quia nullus alius tanti momenti esse debuit hisce *declamatoribus:* quos in aurium gratiam multa aliis locis, qui meras generationes cosmogonicas exhibebant, addidisse ornamenta multosque mythos, qui ornatui erant idonei, v. c. in prosapia Nerei, valde credibile est.

Titanomachiae scenam transtulit poeta secundus in *Thessaliam*, Titanibus ex *Othrye* monte pugnantibus, diis ab *Olympo* v. 632. Nam bellum gerebatur de summo imperio, et deorum aula fuit in *Thessalia* ad *Olympum*. Hunc igitur, si summa rerum vellent potiri, primum occupasse Jovem cum fratribus dicere debebat poeta, iterumque igitur se ad mythos religionis populi accommodare. Ne vero huc trahas cum Hermanno Thessaliae incendia: nihil enim notionis physicae inest Titanomachiae, ut Gigantomachiae in campis Phlegraeis.

Bello per decem t) annos producto, tandem vicerunt dii, depulerunt regno tyrannum, eumque cum Titanibus in Tartara detruserunt. Ut securus esset in throno,

ejecto episodio, a priori secundus *Cronum* accipit pro subjecto (patre). At, quod probabile esse potest, tota de liberatis Uranidis narratio olim in Hesiodo alium locum habuit, sicut apud Apollodor., in media puto Titanomachia, ubi dii, postquam incassum diu soli contra Cronum pugnarunt, tandem ad auxilia Uranidarum confugiendum esse oraculum habent a Terra.

t) Hic numerus pluries in mythis *definitus* pro *indefinito:* decem annos oppugnant Trojam, decem errat Ulysses, decimo die incus a coelo dejecta pervenit in Terram, decimo die hospes professus est nomen et natales etc., cujus rei causa est, quod ad decem digitos Graeci barbari omnia numeraverant (πεμπαζειν), et quod maximus diu fuerat numerus, ad quem usque numerare poterant. Apud Hebraeos diu hic

throno, Jupiter carceris custodes posuit Centimanos 734. sqq., Cyclopibus ut fulminis utens ministris. Nam regnum cesserant caeteri dii et passi erant, ut inter ipsos distribueret ditionem, munera, honores partesque in novo deorum imperio. Secundum Apollodorum tres fratres Jupiter, Poseidon et Pluto sortibus deciderunt, quam quisque habiturus partem sit, et quisque eam sortitus est, quam assignaverat jam religio populi.

At brevi tempore postquam Titanes coelo ejecti erant (820), ipsius etiam Jovis throno minatum est monstrum horrendum. *Typhon*, quod poeta secundus huc traxisse videtur, ex mytho aliquo, qui naturae aliquod horribile phaenomenon forsan in monte Vulcanio, fecerat monstrum, Gigantibus simile, *ipsis diis timendum*. Alii in mythos nostros cosmogonicos transtulerunt alias Vulcanorum personas, quas itidem bella contra Jovem movisse mythi narraverant, *Gigantes* puto, et hos novi regis thronum infestasse prodiderunt. Quam vero Gigantomachiam non novit Hesiodus, saltem huc transferre noluit: id quod a serioribus poetis factum esse credibile est, primas tamen lineas jam dante Homero (Odyss. XI., ubi *Otus*, *Ephialtes* et *Orion* memorantur seditiosi contra Jovem, quamvis sine *Gigantum nomine*. Caeterum illi poetae modo minime idoneo invexerunt Gigantomachiam in cosmogoniam, ut immutatam dederat secundus poeta. Namque *Terram*, quae ubique se praebet faventem Jovi caeterisque diis, ita ut suadeat, quomodo Titanes debellandi sint, iratam faciunt, quod filii regno depulsi sint, et ira motam Gigantes peperisse dicunt. Hesiodus contra et ipsam Typhonis matrem vocat, sed peperisse non dicit, ut filius novum regem infestet.

Diis igitur regno potitis, progeniti deinde sunt caeteri Graecorum dii *juniores*, quos breviter enumerasse sufficiet:

Jupiter ducit *Metidem*, (quod ante bellum fecisse dicit Apollodorus) et *Palladem* generat. Cum *Themide Horas* et *Parcas* et *Charites* cum *Eurynome* Oceanine. u) Ex *Cereris* sororis amplexibus *Persephonen*, ex *Mnemosynes* Titanidis *Musas*, ex *Latona Apollinem* et *Artemin*. Postremam tandem duxit sororem *Junonem*, ex qua *Hebe*, *Mars* et *Eileithya*. Ergo secundum Mythos Hesiodeos

fuerat 40, quare postea eo utebantur pro indefinito: 40 annos errabant Israelitae, 40 dies Moses fuit in Sinai monte, totidem Christus commoratus est in deserto etc.

u) Et has igitur pulchritudinis deas primo e mari progressas esse, sicut Venerem, eleganter fabulata est antiquitas. vid. supr.

deos Juno apud seriores falso persecuta esse dicitur *Latonam*, cum gravida fuerit cum *Apolline* et *Diana*, ut in Hymno Callimacheo. *Aphroditen* ex hoc censu prudenter ejecit rhapsodus.

Juno deinde *Vulcanum* sine amplexu enixa est: *Neptunus* cum *Amphitrite* genuit *Tritonem*. Jupiter nanciscitur nepotes, *Harmoniam*, *Phobon* et *Deimon* ex *Marte* et *Venere*, et ipse e *Maja* Atlantide progenerat *Mercurium* et *Bacchum* e *Semele*, Cadmi filia, ex *Alcmene* tandem *Herculem*.

Vulcanus iniit connubia cum *Aglaia*, *Dionysus* cum *Ariadne*, *Herculesque* cum *Hebe* sorore. *Demeter* tandem parit *Plutum*.

Deinde sequuntur antiquorum quorundam heroum generationes, quas, sicut plures ex antecedentibus inde a Tritonis natu, addidit Hesiodus aliive poetae.

Superest, ut addam observationem de *Homero* et *Apollodoro*, quae Theogoniam spectat.

Homerum nempe mythos de *Crono* et *Titanibus* in Tartara detrusos jam novisse constat ex Iliad. XV. 224. XIV. 378. et al. Ergo, quoniam illi venerant in philosophema per poetam secundum, (nam ipsum auctorem de diis throno detrusis jam fabulatum fuisse, quominus credas, omnia impediunt). Homeri tempore philosophema jam fuerit illo modo immutatum oportet. Quare si Hesiodus aetate fuit illo inferior, ab ipso immutatio facta esse non potest. Et vero antiquioris temporis ut sit, ipsa facile admittit, cum simplicissima sit et facile inter ipsum populum nata esse possit cogitatio, antiquos deos throno fuisse detrusos a junioribus, illaque jam in mythos abiisse, quos deinde secundus poeta fundum immutati carminis fecit. Quod denique attinet *Apollodorum*, manifestum est, vel ipsum eum vel ejus auctorem desumsisse sua ex alia, quam nostra est, Hesiodi editione; quales, quae in singulis saltem partibus, mythis et versibus inter se diversae fuerint, plures olim fuisse ne dubites. v) Jam vidimus, Apollodorum plura habere, quae mutilata et manca sunt in nostra, quamvis quae desunt, ex ipso carmine, olim non defuisse, intelligi possit, plura deinde non agnoscere, quae nostra habet editio, omnia fere rhap-

v) Wolf. laudat ad v. 927 ῥῆσιν ex Galeno, qui habui ex libro Chrysippi, multo prolixiorem quam in nostro Hesiodi est, addens, si quis dubitet, maxime diversas olim inter se fuisse editiones Hesiodei carminis, videat quaeso etc.

rhapsodorum additamenta. Sed tamen ne omnia, quae diversa sunt in illo, pro melioribus habeas cave. Nam idem contigit carmini, quali is usus est, ac quale nobis superest, ut multa, puto, passum sit a rhapsodis, ab auctoribus forsan, qui exscripserunt et addiderunt. Ita falso ordine constituti sunt Centimani et Cyclopes ante Titanes. Deinde universum ordinem narratorum et generationum, qualis est apud Apollodorum, non dicam, ne sequaris, sed ne pro illo quidem ducas, quem observavit ejus vel carminis editio vel auctor: sed omnia docent, Apollodorum nihil aliud voluisse, quam exhibere deorum Graecorum, qui fuerunt, et quos fuisse credebat, generationem, atque mythologiam historicam ordiri a deorum origine, ita verosimiliter excerpens librum suum περὶ θεῶν, neutiquam vero vel in theogonia vidisse aut si vidit, ipsum habuisse rationes cosmogonicas: quare prima, quae antecedunt Uranum, ut physici generis speciem magis, quam quae sequuntur, prae se ferentia plane rescidit, w) recipiens tantum tria deorum systemata, Urani, Croni et Jovis, quae mundi imperium tenuisse dicebantur. Quam ob rem, si modo omnia redderet, quae Deorum exhibebat vel auctor vel Hesiodi ejus editio, parum accuratus esse voluit in ordine generationum constituendarum. Itaque veros deos et *Titanomachiam* posuit ante Titanes natos. In ipsis vero singulis theogoniae partibus accuratus ordo est, ad ejusque exemplar restituendus Hesiodeus, ut fecimus.

w) Inde venit, ut desit *Nox*. Ergo nec locum habere potuit genealogia ejus liberorum post bellum Croni contra Uranum. vid. supr.



Corrigenda.

P. 3 not. 4. *negligenter* leg, *negligentes*
— 4 — 6. βουλόμενοι leg. βουλομένων
— 5 — 4. in extr. ut *tunc* leg. *et tunc*
— 12 — 6. ἤδε δέ μοι leg. ἤδε σε μοι
— — prim. lin. *dure* leg. *dura*
— 13 in extr. *intra* leg *infra*
— 21 *Et nove dictum* leg *At* n. d.
— 26 epigr. 15 leg. Φαθι
— 27 — 16 leg. ὥς δ'
— — — 20 — ἐρημόπολος -- Ἠχὼ, κλ.
— 34 — 53 — ἀστέρες
— 48 *saltem antiquitatis* add. *specie* — post *crudelitate* add. *in* — *noto* leg *nodo*
— 39 not. c, *in ea* leg. *ea in*
— 84 leg. Persephonem filiam
— 57 *Hos* — *progenitum* leg. *Hic* — *progenitus*